¶ Poetas. hystoricos. oratores/mathematicos. probabilis mathematice. q̄s ambigit eē legendos/maxime cū sine hijs viri esse nequeant. vel nō soleant litterati? Qui enim istorum ignari sunt/illitterati dicuntur. et si lrās nouerint Cum tamen quasi in ius suum vendicant aīmū. et si polliceantur noticiam rerum/virtutis tamen dedocent et submouēt cultum Unde cicero cum de poetis ageret vt diligentius audiatur exclamat Clamor et approbatio populi quasi magni cuiusdam et sapiētis magistri et qui ad commendationem sufficiat plausu suo. quos vult facit autenticos. At illi qui tantis laudibus efferuntur. quantas obducunt tenebras. quos inuehunt metus. quas inflamāt cupiditates Hij stupra. adulteriaqꝫ conciliant/varias doli reparant artes. furta. rapinas. incendia docent que sūt aut fuerūt pmo que fingi possunt. malorum exempla proponunt oculis multitudinis imperite. Que incendia celi succēsi. aut maris iundatio. aut terre hyatus. tātas fecit ploꝝ strages. q̄tas isti faciunt moꝝ Comicus qui pre ceteris placet/i eunucho refert adolescentis libidinem inflāmatū. cum tabulam picturam videret continētem. quo pacto deus q̄ celi templa sonitu cutit. per ipluuium auro misso inclusam terre et septam custodibus corrupe rit danem. Similes i singulis picturas videt. miratur et laudat multitudo Nam que virtutꝭ incitamenta sunt raius spectator attendit Ere que res in se neqꝫ consilium. neqꝫ modum habet vllum/eam consilio regere non potes In amore hec omnia insunt vicia. iniurie. suspiciones. inimicicie. inducie. bellum. pax cursum Incerta hec si postules. ratione certa facere. nichilo plus agas q̄ si des operam vt cum ratione insanias Et quod nunc tute tecum iratus cogitas ego ne illam. que illum. que me? que non? sine modo. mori me malim. Sentiet q̄ vir Hec verba vna me hercule falsa lacrimula q̄ oculos

terendo misere vix vi exprescit testi
guet et te ultro accusabit. et dabi
ei ultro supplicium. ¶ Ad depellendum
meretricum contumelias racio euidens
est quam seruus inducit. sed quicquid i
hanc partem loquutur ita accipitur ac
si insanum amatorem reuocet seruus
Eos tamen alibi commendat plurimum
idem cicero dicens. Poetas et vari
os scriptores criminum aut rerum gesta
rum/solus ille contemptibiles facit qui
non veretur contempni. Nam et virtutis
habet usum et philosophandi mate
riam prebent. Notant enim non docent
vicia. et aut utilitatis causa grata sunt
aut voluptatis. Hic autem per morum dis
crimina transeunt. ut virtuti faciant lo
cum. Nam per tela per ignes. per mare
varias procellas. per tot motus sedi
ciones. et insidias populorum scillam per
transijt et caribdim. ut ad patriam su
am saltem in senectute vlixes repe
daret. Socios varijs exilijs amisit
casibus. sed eos aut fortune violencia
aut nature infirmitas. aut animi vo
luptas absumpsit. Horum tamen omnium
iocunda relacio est. amicis prius suos casus
et amatus si sit. proficiat ad cautelam
et quo familiarior fuerit cum labentis
societas. eo casus quoque magis ab
sterret. Siquidem exemplis sepe magis
proficitur quam preceptis. Mala enim vitan
tur facilius. quo fidelius precognita fu
erint. vix et quodammodo solus euasit
vlixes. sic ad philosophie iocunditatem et quasi
patrias voluptates pauciores eua
dunt. ¶ Consonat et si liricum/contice
te lyra/dignatus audite. flaccus. aut
si mauis oracius. qui plus honestatis
et utilitatis se apud meonidem in

uenisse gratulatur. quam plurimum flo
rum sit preceptis expressum. Ait enim
Troiani belli scriptorem maxime
lolli Dum tu declamas rome preneste
relegi. Quicquid sit pulchrum quid
turpe. quid utile. quid non. Pulchri
us et melius crisippo et crantore dicit
Fabula qua propter paridis narratur
amorem. Grecia barbarie lento col
lisa duello. stultorum regum et popu
lorum continet estus. Antenoris censet
belli et prescindere causas. quid paris ut
regnet saluus. viuatque beatus. cogi
posse negat. sedicione dolis. scelere
atque libidine. et ira. Iliacos intra
muros peccatur et extra. quicquid
delirant reges plectuntur achiui. E
go autem in illorum sententiam facillime
cedo / qui non credunt sine lectione
auctorum posse fieri hominem litte
ratum. Literarum tamen copia nequa
quam philosophum facit. Gracia siqui
dem est que ad sapientiam sola per
ducit. ¶ In summa siquidem copia
litterarum. aut ignorancia interdum
aut negligencia veritatis est. sine qua
impossibile est quemquam fieri sapientem
Unde et doctor ille ecclesie cuius ne
mo satis memor esse potest augusti
nus. varronem arguit quem tamen
ut litteratissimum fuisse doceat. ait
post cetera quibus singulari preco
nio commendatur. Denique et ipse tul
lius huic tale testimonium perhibet
ut in libris achademicis dicat. eam
que ibi versatur disputationem se
habuisse cum. M. varrone. homine
inquit omnium facile acutissimo et
sine dubitatione doctissimo. Non
ait eloquentissimo vel facundissimo.

quoniā reuera in hac facultate mul
tum impar est· sed omniū facillime
acutissimo et indubitāter doctissimo
¶ In primo autē libro cū eiusdem
varronis litterarea opera pdicaret:
nos inquit in nostra vrbe peregrinā
tes errāteſʒ tanq̄ hospites/tui libri
quasi domū reduxerūt· vt possem9
aliquādo qui ⁊ vbi essemus agnos
cere· Tu etatē patrie tu descriptio
nes temporū· tu sacrorū iura· tu sa
cerdotum· tu domesticā· tu publicā
disciplinam· tu sediū regionū· loco
tum tu omniū/diuinarū humanarū
qʒ rerū nomina· genera· officia· ⁊ cās
aperuisti Iste igitur vir tā insignis
ex cellentiʒ perice· qui tā multa le
git vt ei aliquid scribere vacasse mi
remur tam multa scripsit q̄ multa
vix quemq̄ legere potuisse credam9
Iste inq̄ vir tātus ingenio· tantuʒ
doctrina· si rerum velut diuinarū de
quib9 scribit oppugnator esset atqʒ
destructor· easʒ nō ad religionem· sʒ
ad superstitionē diceret ptinere: nes
cio vtrū tam multa ī eis ridēda· con
tempnenda· ⁊ detestanda conscribe
ret ¶ Cum ergo viri acutissimi et
sine vlla dubitatioē doctissimi acerb
ne teste/supstitio scripture ꝓpriis eā ꝯ
uincētib9 arguat ꝯstetqʒ supstitionē
falsitatꝭ vicio ṽtuti q̄ ī sola veritate
cōsistit esse oppositā· ⁊ sapiētiā sine
ṽtute esse nō posse· q̄s ex sola lectio
ne nisi assit grā illustratrix creatrix
viuificatrixqʒ virtutū credat hoīem
posse fieri sapientem? ¶ Cplm x·
Omnes scripturas esse legendas
et de bndictione q̄ primigenis data
est· et filiis noe· ⁊ q̄ rationi aucto

ritas nulli9 gentiliū preiudicet·
Omnes tamē scripturas le
gendas esse ꝓbabile est· ni
si sint reprobate lectioīs cū
omnia nōmodo q̄ scripta· sʒ etiā que
facta sūt ad vtilitatē hominis (licet
eis abutatur īterdū) instituta credā
tur· Nam ⁊ angeli quodam modo
propter animā· ⁊ mundus corpore
us secundū assertionem patrum ad
corporis vsū institutus est Ab initio
benedixit deus homini dicēs Cres
cite et multiplicamini· ⁊ replete ter
ram· et subiicite eam· ⁊ dominamini
piscibus maris ⁊ volatilibus celi et
vniuersis animātibus que mouen
tur super terram Et adiciēs· omnē
herbam afferentē semen· et vniuer
sa ligna in vsu suo (Nam a carnis
edulio ante diluuiū credūtur absti
nuisse) concessit eis in cibū Illis quo
qʒ quos a peste diluuii archa prefi
guratrix ecclesie liberauerat· bene
dixit et legem dedit dicens· crescite
et multiplicamini et replete terrā ⁊
terror vester ac tremor sit sup cūcta
aīalia terre ⁊ sup oēs volucres celi
cū vniūsis q̄ mouētur in terra Oēs
pisces maris manui vrē tradita sunt
et omne quod mouetur et viuit :
erit vobis in cibum Quasi olera vi
rentia tradidi vobis omnia· excep
to/q̄ carnem cum sanguine non co
medetis ¶ Ecce quia primigenis
et filiis noe eadē bndictiōis collata
est grā· eadē auctoritas dignitatꝭ ea
dem ⁊ ciborū fere ꝯcessa est īdulgen
tia· augmētū namqʒ ⁊ multiplicatio/
grē dilatatioēʒ exp̄mit/dnium tre·
bestiarū terror· priuilegiū potestatꝭ

victualium vniuersitas. est indiciū
libertatis Omnia siquidem munda
mundis Nec tempore huius benedic
tionis priuilegium alio indultum
tempore q̄ꝫ quo innocencia per crea
tionem data est. aut per medicinam
sacramēti vel penitentie reparata.
Nam et hijs statim post diluuium
7 illis āte peccatum ideo forte dictū
est crescite et multiplicamini. vt illi
us dumtaxat augmentum et mul
tiplicatio acquiratur/ qđ de9 homi
ni contulit ꝑ naturam aut reforma
uit per graciam. Hic autem et cres
cere iubetur in se 7 quodāmodo mul
tiplicari in sobole. In se quidem ad
meriti profectū In sobole numerosa
quadam propagacione virtutum.
Cum vero natura sit viciata ꝑ cul
pam/ vt crescere et multiplicari iube
atur non memini. Licet autem que
premissa sunt stare queant ad litte
ram. cum omnia in vsum vite ho
minis cedant. et ea ipsa que viden
tur esse morbifera eciam visu odora
tu. auditu/ nec dum tactu vel gustu.
qualia sunt nocencius venenosa. a
bus sint hominis. aut eius vertan
tur in cibum. Poterit tamen et ali
um sensum scrutator misticus inue
nire. Sensum tamen hystoriām ro
borat. q̄ꝫ pisces sanissimos. 7 feras
quarū carnes vtilissime sūt. videm9
crebro venenatissima reptilia deuo
rarī. 7 ipā venena inseruitur medica
mētis. quib9 non mō natura susten
tatur humana. sed eciā īfirmitas ꝯ
ualescit ¶ Cū vero p̄mū sit exaudic
dus sensus hystoric9. quicūq3 ciim
vel ad fidē. vel ad opa fidei que sūt
boni mores magis informat. lauda
bilior et plane vtilior est. Hoc enī
lectione semꝑ querendū est. vt hō se
ipō melior iugiter fiat. Verū cum
lrā precedēs vtiliter ad multa pos
sit referri. 7 ad hoc posse aptari con
sentio. vt ꝑ grāz ex benedictione dei
collatā/ ad virtutis incrementum 7
multiplicationē/ liberū exercetur ar
bitriū. 7 virtutibus multiplicatis ꝑ
grām/ adiciatur subiectio terre. quā
cum inseipō homo subiceret/ domi
niū sui aliorūq3 cōsequitur. vt cūctis
animātib9 p̄latus. timorē et tremo
rem incuciat omnib9 que mouentur
in terra Dūt ergo ei cūcta in cibū.
quia in omnib9 creaturis/ ei vba sa
lutis sue loquitur dn̄s. plane cibat
in cunctis/ quib9 ad vitam/ aut mo
res cōponendos/ vita hominis ꝓfi
cit Constat enī q̄ꝫ omnis edificatio
morum a dn̄o est. 7 cum quis ad v
tutem aut ab ope aut a verbo. aut
quocūq3 modo instruitur/ cōcessis si
bi a domino vtiliter cibat. Omnis
enim instructio salutis quodammo
do vbū dei est. et a quocūq3 veritas
doctrine proferatur acceptanda est/
eo q̄ꝫ veritas incorrupta semꝑ et in
corruptibilis est ante diluuiū 7 post
dum sanguine in quo sedes est ani
me abstineretur. concessus est omni
um vsus. 7 ante baptismum 7 post.
dummodo peccatum vitet nemo vn
decūq3 instrui prohibetur. Vt apos
tol9 est aliquib9 odor mortis ī mor
tem quid prohibet et vasa mortis
alicui prodesse ad vitam? ¶ Cum
ergo dicitur quicquid viis preter
sanguinem comede. perinde est.

ar si quadā pmagine dicatur. dum
modo vicia fugias quod volueris le
ge. Dicit ī escis carnalibus quedā
sunt que digeruntur utiliter/quedā
vertuntur in crudos humores: alia
p vim expulsiuā eiciūtur omnino.
quedā sunt que sanis si tamen mo
deste sumantur conferūt. Et obsunt
egrotatiuis. quedā debilioribus fa
ciūt minus tamen conducunt sanis
et sanatiuis. Nā hec ipsa nō adeo
naturā roborāt delicatiora si quidē
minus nutriūt magis comunia et
alimenti ut ita dixerī pinguioris.
Sic et in libris sunt que omnib9 pro
sunt/dū tamen legantur modestia
dispensāte/ut que nichil continent
nisi edificationē fidei et morū: sunt
que solidioribus animus faciāt/ ha
benda quidē procul a lectione simpli
ciū. sunt que natura bone mētis om
nino eiciāt. sūt que digerant in usū
morū aut eloquētie. sunt que indu
rent aīam/et in fide et bonis operi
bus solā faciant eruditatē. Vix aūt
inuenietur scriptū in quo si non in sē
su/vel in verbis/non repiatur aliqd
quod vel prudens lector emittit
Ceterū libri catholici tutius legū
tur et cautius. Et gentiles simplici
bus periculosius patent. sed in utris
qz exerceri fidelioribus ingenijs uti
lissimū est. Nam exquisita lectio sin
gulorū doctissimū. cauta electio me
liorū optimū facit. Ut enī in libro
saturnaliorū. Et in epistolis senece
ad luciliū legitur. Apes quodāmo
do debemus imitari que vagantur
et flores carpunt. deinde quicquid
attulere/disponūt. Et per fauos di
uidūt. Et suxū variū in unū saporē
mixtura quadā/ex proprietate spiri
tus sui/mutant. Nos quoqz quic
quid diversa lectiōe quesiuim9 / cō
uertam9 in usū virtutis. ut omnia
in ordinē gerendorū / rationis iudi
cio digerēte/coalescāt. Nā 7 in aīo
melius distincta seruātur 7 ipsa dis
tinctio nō sine quodā fermento quo
conditur uniuersitas /in unius sapo
ris usū varia libamenta confundit.
ut etiā si apparuerit unde sūptū sit.
aliud tamen esse qz unde sumptū
noscetur appareat. quod et in cor
pore nostro facere videm9 sine om
ni opera nostra naturā. Alimenta
que accipimus qz diu in sua qualita
te perseuerāt. 7 solida innatant/ma
lo stomacho oneri sunt. At cum ex
eo quod erant/mutata sunt. tūc de
mū in vires transeūt. Sanguis ex
diuino mandato diducitur. dum vi
cia declinantur. Pastor ecclesie rep
tilia et īmunda mactare precipitur.
et comedere. Quod licet ad vocatio
nē gentiū proprie referatur. vel ex
empli cōformitate docere potest. ut
iugulatis erroribus gentilium dog
mata nequaqz horream9. Dum in
nocentiā. frugalitatē. cōtemptū mū
di docent. pythagoria audiantur.
dum animas quas in celū euexerūt
retrudunt in corpora bestiarū. iugu
letur vel plato. Nā in eo pithago
rā nimis secutus est. qz sicut mortu
os ex viuis. ita ex mortuis recipro
ce viuos fieri docuit. Et per varia
corpora pro morum qualitate mi
grare. Unde illud. Ipse ego iam
memini troiani tempore belli. pan

toides enfoꝛb9 erā cui pectoꝛe leuoꝝ
hesit ab aduerso grauis hasta mino
tꝫatride Sic ergo legātur vt auc
toritas non ꝑiudicet racioni Nam
⁊ vꝛtica dū rosa legit̄ · qn̄qꝫ manū
tangentis vrit ¶ Sapientia siqui
dē est fons quidā de quo egrediūtur
flumina q̄ irrigant omnē terrā · et
nō modo cetū delicatū diuine pagi
ne replent · sed eciā ad gentes ꝑtrā
seunt · vt nec eciā ethiopibus omni
no desint Inde sūt floridi · redolētes
⁊ fructiferi ceti gentiū · Quos si foꝛ
te simplex lectoꝛ ingredit̄ semꝑ poc
ciā illi9 meminerit Qui legitis flo
res · ⁊ humi nascentia fraga · Fragi
d9 o pueri fugite hinc latet anguis
in herba · Nam et poma hesperidū
q̄ dꝛaco ꝑuigil seruat · null9 aspoꝛ
tat ignau9 · aut qui scripturas non
quasi vigilās legerit · sed q̄si doꝛmi
tans sompniauerit · ac si ad finem
legendoꝝ vtēs calcarib9 pꝛoperet ·
Certū est quia fidelis lectoꝛ ⁊ pꝛu
dens · ⁊ qui litteris ex amoꝛe īuigi
lat vicia semꝑ excludit ⁊ ī omnib9
accedit ad vitā Hinc est illud docto
ris doctoꝛum iheronimi · Ama sci
entiam scripturarum ⁊ carnis vicia
non amabis

¶ Capitulū vndecimum · Quid
sit vere philosophari ⁊ ad quem fi
nem omnium scripturarum vergat
intentio

HOc aūt reuera philosopha
ri est · ⁊ hic est multe lectio
nis iocundissim9 et saluber
rim9 fruct9 · Ipa siquidē oīm rerū cō
tinet disciplinā · ⁊ oīm moderatrix
vniuersis humane vite actib9 / ⁊ co

bis / ⁊ cogitatiōib9 / modū ⁊ termi
nos ipa cōstituit · Est tn̄ cui nec ip
sa nouit terminū ꝑfinire Est cui in
eo ꝑscribit modū vt nō habeat mo
dum · Quicquid agit aut loquit̄ / il
luc tēdit / qd̄ apud recte philosophā
tes nō habet terminū · Nam ⁊ ei9
substācia in eo consistit vt illud neq̄
q̄p termineẗ · Si enim scd̄m plato
nem philosoph9 amatoꝛ dei ē · quid
aliud ē philosophia nisi diuinitatꝭ
amoꝛ ? Hoc ē vtiqꝫ qd̄ terminari
nō vult ne et ipsa qd̄ nō expedit fi
niatur Qd̄ enī finitur esse desinit ·
⁊ si amoꝛ dei extinguit̄ / philosophi
e nomē euanescit · Sic et īcarnata
sapiētia dei · cū multis ꝑscribat mo
dū / deū sine modo ꝑcipit diligēdū /
nisi qꝛ caritatis modus ille ꝑscribitur ·
vt de9 sine termino amoꝛis diligat̄
Qui enī ait diliges ꝓximū sicut te
ipm̄ : idem ꝑmisit · diliges dn̄m de
um tuum ex toto coꝛde tuo ex tota
mēte tua · ⁊ ex totis virib9 tuis Itē
quoqꝫ adiecit · In hijs duob9 ꝑcep
tis ꝑdet tota lex ⁊ ꝓphete · Si er
go oīa que scripta sunt ꝓphis famu
lantur ⁊ legi · i · si omnis doctrina il
luc tendit vt hō subiect9 sit legi dei
quis ambigit ad regnū caritatꝭ vni
uersa referri ? Qui vero philosophā
do caritatem acquirit aut dilatat /
sūmum philosophantis assecutus
est finē ¶ Hec est itaqꝫ vera ⁊ imu
tabilis philosophandi regula · vt
sic in omnib9 legēdis aut discēdis
agēdis / aut omittēdis q̄sqꝫ dscit̄ · vt
ꝓficiat caritati Ipa vero nūq̄ ianis
aut sola est · ꝫ honestatem · modesti
am cum sobꝛietate · pudiciciam et

aliarū venerabiliū virtutū cetū in
ipsū hoīem quē pietati ꝯsecrat· q̃si
in templū domini introducit· Quic
quid aliorsū vergit in artibus/siue
quibusq; scripturis· nō philosophie
dogmata/sed inanes fabule sunt· et
figmenta eoꝝ super quoꝝ impieta
te ira dei de celo reuelatur/quicquid
illi garriant recte philosophanti in
eptū videtur insipidū et insulsū· Au
di non me· sed prophetā dicentē de
talibus· Narrauerūt michi iniqui
fabulationes sed non vt lex tua Lo
qui ergo vera vel iusta/philosophan
tibus ⁊ non philosophātibus comu
ne est· vera ⁊ falsa loqui· bona doce
re ⁊ mala: nō philosophātiū est Uerū
⁊ rectā dūtaxat īterdū docet van⁹ phi
imitator· sꝫ q̄ recta q̄ docet seq̄t· vere
phūs ē ¶ Ca⁹ xij· De ieptijs nu
gatoꝝ q̄ sapiām v̄ba putāt ⁊ q̄ alit̄
legēdi sint libri diui· alit̄ gētiles·

Errant vtiq; ⁊ impudenter
errāt qui philosophiā in so
lis verbis consistere opinā
tur· errāt qui virtutē verba putāt·
vt lucū ligna Nam virtutis cōmen
datio consistit ab opere· vel sapientiā
virtus inseparabilit̄ comitatur Un
de constat quia illi qui verbis inhe
rent· malunt videri q̄ esse sapiētes
Plateas circūeunt· terunt limina
doctioꝝ· questiūculas mouent·/in
tricant verba: vt suū vel alienū ob
ducāt sensū· paratiores ventilare q̄
examinare· si q̄d difficultatis emer
sit/ verentur tamen prodere imperi
ciā suā / iactatores sapientie non a
matores· et id quod nesciūt prauo
pudore nescire· q̄ q̄rere ⁊ discere ma

lunt· presertī si assint alij quib⁹ no
tū arbitrentur quod ipsi nesciunt /
Fastū tamen eoꝝ ferre non poteris
De omni materia loquūtur/subito
diiudicant omnes· alios culpant· se
ipsos predicant· iactant se īuenisse
de nouo quod tritū est ab ātiquis·
et testimonio librorū p etates mul
tas ad tempora nostra perductum·
Uerba multiplicant· vt sepe min⁹
intellecti sint onere et multitudine
verborū: q̄ rerū difficultate ¶ Cū
eni ne intelligeretur efficit/arbitra
tur se meruisse· vt pre ceteris philo
sophus videatur· et sepe qui paucis
sima nouit proponit plurima: que
nec ipe pithagoras sufficeret expla
nare· Interdū eadē replicat· ⁊ reuol
uit· et q2 nō habet quo diuertat la
borat misere· Idē terit et easdē circū
nat auras Dū eum procul audis·
terciū cathonē e celo miraberis cecī
disse· Quēlibet eni hoīem attulisse
videbitur ¶ Si professionē queris
aut artē: est grāmatic⁹ rethor· geo
met̄· pictor· aliptes· augur· cenoba
tes· medic⁹· mag⁹ Omnia nouit·
⁊ esuriente greculo longe prestanti
or· Nā ⁊ si iusseris ibit in celū· ⁊ de
dalo doctior teipsū quo volucris in co
lumē per mare traiciet Accede vt do
cearis q̄d in scriptis suis doctores sē
serīt diligent̄ inq̄re· exacte lrām· sta
tim increpabit duriciā tuā· ⁊ asino ar
chadie te dicet tardiorē Plūbo ebe
tior es dū quid latet in lrā interro
gas· littera inutilis est· nec curādū
est quid loquatur· Si instas/mo
neberis fugere· qm̄ perniciosa est et
occidit Caue ne serpēs sis· q̄ terrā

comedit omnibus diebus vite sue·
aut ludendum aut fabulandū ⁊ aut
disceptandum est tibi· Nā qui ver
bosior est·videtur doctior Nec curā
dū est vnde aut quid de quo sentiat
aut ꝓferat aliquis dum loquatur·
Nec refert qua quisq; ratiōe nitatē
dū non instantiam sed vmbrā eius
quisq; dare sufficiat · Quid verum
aut falsū · q̄ꝫ ꝓbabile aut non ꝓba
bile sit·frustra queritur cū omnib9
ymago ꝓbabiliū p̄feratur· Statue
quod volueris· stati illud aliqua sili
tudo euacuat· Nā qd̄ obtines in v
no simili· vel nol in aliquo obtine
bit· Cōstat tamē qd̄ vero simile est
non statim esse verum·⁊ qd̄ falsum
videtur nō sp esse falsū Si ꝓposita
rū similiū dissimilitudinē niteris a
perire rem inanē aggredieris· aut cē
te vel clamore ꝓpediet· aut supfluā
operam deridebit·cū oīm similiū ali
quā esse dissimilitudinē oporteat ·
Alioquin nō tam similia q̄ꝫ eadem
merito esse dicentur · docere aūt ita
nō sit nonmodo friuolū·sed irrisiōe
dignissimū iudicatur· Statī queri
tur an velis ꝯronari· dicūt se vt pe
ripatheticū nō emargorēū audiat
conuenisse· cū tamē deambulatione
⁊ circuitione viarū potius q̄ꝫ diligē
ti inquisitione rerū peripatheticos
imitetur· ¶ Si tamen hec ad copi
am eloquētie comparandam exerce
atur disceptatio ⁊ similia ⁊ dissimi
lia conquirantur· exerciciū quidem
laudabile est· ⁊ quo aliud esse cōdu
cibili9 iuuentuti nō facile dixerim·
dummodo fallaciarū nube multipli
ci sibi nequaq̄ꝫ oculos ꝑstringi pati

antur· Nichil enī vtili9· nichil ad
gloriā aut res acquirendas cōmodi
us iuuētuti/q̄ꝫ eloquentia/ q̄ ex ea
plurimū ꝯpatur si rerū in mente· et
in ore copia sit verborū· Verba nā
q; ꝓferre rebus incognitis · desipiē
tis poti9 q̄ꝫ docentis est/ aut discen
tis· Multos videbis huiusmodi qui
totū longo detinent sermone diem
⁊ nichil omnino dicūt aut minimū
Tu defessus es audiendo/⁊ is nī
si verbosior esset/loquendo ꝑfatiga
ri potuerat·quo tamē tēdat·aut q̄d
velit nondū intelligis· Tu finem
expectas·ille nondū inicium fecit Pre
fer tamē vt videas qua exiturus sit
Recollige tandē que cōtexuit ⁊ oc
occurrēt tibi velut egri somprua va
nas fingētꝫ species·vt nec pes nec
caput vni reddatur forme· Turba
ti cerebri hominem credas·⁊ qui ex
defectu rationis linguam continere
non possit· Putes eum noctes cōti
nuare insompnes· et sopita ratione
melācoliā solā in eo excitatam·
¶ Si forte miseratiōe duct9 ei modes
tiam ꝑsuaseris succendetur· et queli
bet in quēuis finget obprobria·cū
patientib9/et deridētib9 eque cōuici
abitur· nec amicus nec hostis ab
eo nisi consputus abscedat · Si ce
pisti ꝓferas necesse est · aut proca
cis lingue sustinebis iniurias · De
siste ergo nisi sordida lingua malu
eris inquinari · Nam et immunda
quo magis mouētur eo plus fetēt
Viri prudentis dictum agnosces ·
quia vesanum tetigisse timent · fu
giuntq; poetam · qui sapiunt agi
tant pueri · incautiq; sequuntur ·

Licet autem apud priuatos aut
serio viuētes. homo huiusmodi rec
tissime videatur inutilis. comodus
tamen est in cetu multitudinis que
hilaritatis et iocularis leticie mate
ria gaudet / optimū enim instrumē
tum est ad risus conciliandos / ꝛ effi
cacior. quo vis mimo. Ut venenū
ei9 effugias / patientiā indicas auri
bus. morē geras insano qui nulli ꝑ
cit. ꝛ si eum forte vis reprimere be
nignissime obsecra. vt i docēdo. aut
disputando / sentētie plus apponat /
ꝛ eam verboꝝ deductione compen
set. Nam qui verba reb9. ꝛ res tem
poris oportunitati cōtemperat / mo
destissimam tocius eloquentie regu
lam tenet. Illa vero copia laudem
parit / cui veritas / virtuti et oīb9 offi
cijs amica. cōsentit. Multa siquidē
ꝛ fallaciter loqui. nugigeruli est. et
famā oīno negligētꝭ. ꝛ i se / viroꝝ
grauiū prouocantis odiū et ꝯtemp
tum. Nam et spūs / sapiētie auctor
est. qꝛ qui sophistice loquitur odibi
lis est Non mediocris tñ vtilitas
est in depꝛhendēdis importunitati
bus sophisticis sine quarū noticia q̄s
quis ad examinationē veri et falsi
vētilationem ꝓgreditur / quasi mi
les inutilis. qui aduersus exercita
tum et īstructū hostem ꝓcedit exar
matus. Licet ergo ad exerciciū
colloquentem vicissim fallere. ꝛ q̄si
in campi doctoꝝ scola inter ancsio
culatē milicia exercere. Sed vbi se
colloquentiū intentio ad phie sobri
etatē erigit: importunitates sophis
tice delitescūt. Et si forte ab alter
utra parte emerserit. sic a sapien

tibus corripiuntur / sicut in re publi
ca / inter contrahētes dol9 malignā
tiū cohercetur. Ceterū verba reb9
res temporib9 cōtemperare. et inter
uenientes fallacias prudēter argu
ere. nō paucorū dierū est aut leuis
opera. Unde plurimi accedētes abe
unt retrorsum. et aliquā vestiū phie
porciunculā pferētes gloriantur a
pud indoctos. ac si in iurisdictionē
eorum tota cōcesserit. Ut eni ait q̄
dam verbis nāqꝫ manentib9 nomē
excidit. Garcio quisqꝫ duas postq̄
scit iūgere partes. sic stat sic loquitꝛ
velut / oms nouerit artes De ge
neribus et speciēb9 nouā affert sē
tentiam. q̄ boeciū latuit quā doct9
plato nesciuit. ꝛ quā iste felici sorte
i secretis aristotilis nuꝑ inuenit Ue
terē paratus est soluere questionem
in qua laborans mūdus iam senu
it. in qua plus temporis cōsumptū
est q̄ in acquirendo et regēdo orbis
imperio consumpsit cesarea domus.
plus effusum pecunie: q̄ in omni
bus diuicijs suis possederit cresus.
Hec enim tam diu multos tenuit:
vt cum hoc vnū in tota vita quere
rent. tandem nec istud nec aliud in
uenirent. Et forte ideo quia curio
sitati non sufficiebat in eis qd solū
potuit īueniri Nā sicut i vmbra cu
iuslibet corporis frustra soliditꝰ sba q̄
ritꝛ. sic i hijs q̄ itelligibilia sūt dū tāx
at: ꝛ vniūsalitꝛ ꝯcipi. nꝰ vniūsalitꝛ eē
q̄ūt. solidioris existētie sba neq̄q̄ i
uenitꝛ In hijs etatē terere nichil agē
tis et frustra laborātꝭ ē Nebule siq̄
dē sūt rerū fugatiū. ꝛ cū q̄rūtꝛ auidi
us: cici9 euanescūt. Expediuit hāc

auctores multis modis· varijſꝫ ſer
monibꝰ· Et dū indifferenter verbis
vſi ſunt; varias opiniones inueniē
tiſi ſunt· ⁊ litigioſis hominibꝰ mul
tam contēdendi materiā reliquerūt
Jnde eſt quod ſenſibilibꝰ alijſqꝫ ſin
gularibꝰ apphenſis quoniam hec
ſola veraciter eſſe dicūtur· ea in diūſ
ſos status ſubuehit pro quoꝝ rati
one ī ipīs ſingularibꝰ ſpecialiſſima
generaliſſimaqꝫ ꝯſtituit· ¶ Alij ꝙ
more mathematicoꝝ formas abſ
trahūt· Et ad illos quicquid de vni
uerſitatibus dicitur referunt· Alij
diſcutiūt intellectus· ⁊ eos vniuerſa
liū nominibꝰ cenſeri ꝯfirmant Fue
rūtqꝫ ⁊ qui voces ipas genera dice
rent eſſe ⁊ ſpecies· ſꝫ eorum iam ex
ploſa ſententia eſt· ⁊ facile cū aucto
re ſuo euanuit· Sūt tamen adhꝰ ꝗ
deꝑhendūtur in veſtigijs eoꝝ· licet
erubeſcant auctorem· vel ſniam pro
fiteri· ſolis nomībꝰ inherentes· Quod
rebꝰ ⁊ intellectibꝰ ſubtrahūt / ſermo
nibꝰ aſcribūt Magno ſe quiſqꝫ tue
tur iudice· ⁊ ex verbis auctorū qui
indifferenter noīa pro rebꝰ· vel res
pro nominibꝰ poſuerūt ſuā aſtruit
ſentētiam vel errorem· Oriūtur hic
magna ſeminaria iurgioꝝ· ⁊ colli
git quiſqꝫ quo ſuā poſſit hereſim cō
firmare· A generibꝰ ⁊ ſpeciebꝰ neq̄
ꝗ receditur· ſed eo applicabit vnde
cūqꝫ ſit ſermo inſtitutus· Poeticū
illū te ſubito mirabere inueniſſe pic
torem qui ad oīa que neceſſitas ex
igit ſcit fortaſſe ſimulare cupſſum·
Deſipit ita ruſus· in venia a qua
enim teſte coquo nullꝰ caſꝰ euertit
Nam quicquid agit ruſus nichil ē
niſi venia ruſo· Si gaudet· ſi flet· ſi
tacet· / aut loquitur· Cenat propi
nat· poſcit· negat· innuit· vna / eſt·
venia· ſi nō ſit venia mutꝰ erit Res il
la ad ꝓbandū videtur aptior ī qua
liberior eſt licentia fingēdi quod va
lueris· Et minor ē ex rei difficultate
aut diſceptātiū imperitia certitudo
Vepres ſicut ad hoſtem impediendū
facilꝰ ſalebras ⁊ anguſtias tranſe
undi miles cautꝰ obſeruat· ſic diffi
ciles quis aut a ſcripturis aut a ra
tionibꝰ excitat queſtiones aut ſi ali
ud ꝓpoſitum eſt· ex īduſtria in eas
quaſi ex incidenti ꝯlabitur· Et ſi ſa
tiſfacere non ſufficias· qꝛ nemo eſt ꝗ
oīa que etiam ab imperitis queruntur
tur ſufficiat explanare ſtatim annu
it oculis / diſtorquet vultū· brachia
iactat· clamat ſalit· ⁊ transfiguratꝰ
geſtibꝰ· ꝗ in quouis hyſtrione vel
mimo videātur inepti Nō vtiqꝫ ſa
tiſfacies / niſi ei reſpondeas verbis
ſuis· ⁊ id tantum dicas quod cōſue
uit audire· Jpſe tamen licet ſcrupu
loſior ſit· vacuus eſt ſolutionis igna
rus· Jn vno tamē ſibi forte ꝓſpex
it cautiꝰ· quod in marſupio / oīa ꝗ
bꝰ inflatur ingeſſit· Facile tamen Et
quaſi acu veſicā hanc ꝑforando· ꝗc
quid loquacitatis in follibꝰ imꝑiti gut
turis reſonabat interdū vno ſapien
tis verbulo conqēſcet· Nec illos ad
ꝓbandū credideri aptiores· qui oī
verbulo lōgam orōnē obiciūt· ac ſi
ad oīa ꝗ querūtur ſermo ſit ad ꝑplm fa
ciēdꝰ Regulariter ſiquidē ꝓditū ē qꝫ ꝗ
plus vel minꝰ reddet ꝗ ab eo querit
lineā rōē diſputādi ignorat Cete
rū cū ꝗs doctꝰ eſt· illa ſūt dicenda·

dumtaxat que solutionis ꝯpositoꝝ ānuniculum prestant Vnde illos q̄ in singulis legunt omnia / et dū v nū q̄ritur nitūtur oīa expedire pla nū est recte docentiū formulam non tenere. Aut enim nesciūt quis sit recte docēdi mod9 . aut dissimulatio ne officij vendicāt forte ingenia su a Et vt ait cicero . nō quid ꝯposita disciplinaꝝ ꝟ quid ipi possint osten tant. Qui ergo porphiriū omnib9 phie ꝑtibus replent . introducēdoꝝ obtūdūt ingenia . turbant memoriā et qui instituend9 erat tanta graui tate cōuincūt . vt on9 reputet impor tabile quod suscepit. ¶ Diuine pa gine libros quoꝝ singuli apices di uinis pleni sunt sacramentis / tāta grauitate . legendos forte concesserī eo ꝙ thesaurus spūs sācti cui9 digi to scripti sunt . oīno nequeāt exhau riri. Licet enī ad vnū tantūmō sensū accommodata sit superficies littere . multiplicitas misterioꝝ intrinsec9 latet . et ab eadē re sepe / allegoria fi dem / tropologia mores / varijs mo dis edificet. Anagoge quoq3 multi pliciter sursum ducit. vt littera non modo verbis sed reb9 ipis instituat At in liberalib9 disciplinis vbi non res. ꝟ dumtaxat verba significāt . q̄squis primo sensu littere contēt9 nō est aberrare videtur nichi / aut ab intelligentia veritatis quo diuti us teneantur se velle suos abduce re auditores. Plane porphiriolū in eptū credo . si ita scripsit . vt sensus eius ītelligi neq̄at . nisi aristotile platone 7 plotino prelectis. Vale at / quicūq3 me in aliquam discipli

nam disponit introducere compen dio tali. Ego siquidem illū sequar q̄ lrām aperit . 7 q̄si supficie patefac ta sensum vt ita dicā historiā docet

¶ Cap. xiij. Que sint necaria 7 q̄ si claues phandi . 7 ꝙ simplicitas a nimi veritati ē . et q̄d sit luctari cū ā gelo vel abate cū . 7 q̄d sit q̄ ꝑsit ad vocationē sapiētie reliq̄re patriam.

Que vero sunt discendi cla ues 7 que phantib9 ad itu endam speciem veritatis / viā eo tendētis expediūt . senex car notensis paucis expressit. Et licet metri ei9 suauitate nō capiar . sensū approbo / 7 phantiū credo mētib9 fi deliter ingerendum. Ait ergo Mēs humilis . studiū querēdi . vita quie ta / scrutiniū tacitū / paupertas . ter ra aliena. Hec reserare solent mul tis obscura legēdo. Quib9 āt dat grām dñs 7 ill' veritatis ītelligētiā ꝯfert q̄ timore īiciati ei ī dilectiōe 7 executione mandatoꝝ suoꝝ fideli ter adherēt. Nam ex testimonio sa pientis / q̄ cōfidūt in dño intelligēt veritatē. superbis autē resistit deus Quis eo inuito phabitur . aut eo renitēte ī aliquo obtinebit? Humi litas est / vt nec personam docentis contempnat q̄s . aut quācūq3 sciē tiam . nisi forte quā religio reproba uit. Si vt dici solet in vita humana nichil recte aggredimur . quis ad scientiam sine eo perueniet qui sciē tiarum dominus est . 7 in quo sunt omnes sapientie thesauri absconditi ? Hoc vtiq3 moliri arduum ni mis est . et difficilius et longe ma ius q̄ vt fabulatū vtamur verbis

clauam eripere de manu herculis·
ymmo certe lõge minus ẽ · quoniã
nichil est·si tamẽ quod õnino nich
il est aliquo maius aut minus est·
Quisquis ergo viã philosophandi
ingreditur·ad hostiũ grẽ eius humili
ter pulset·in cuius manu liber õniũ
sciendorum est· quẽ solus aperit ag
nus qui occisus est· vt ad viã sapi
entie ⁊ vere felicitatis seruũ reduce
ret aberrantẽ Frustra quis sibi de ca
pacitate ingenij·de memorie tenaci
tate· de assiduitate studij·de ligue
volubilitate blãditur·quia si hec in
iuio fuerĩt·quo efficaciora vidẽt eo
lõgius aberrabũt Nã ⁊ equus quo
velocius aberrat·eo tardius domũ q̃s
q̃s insidet redit ¶ Est aũt huĩlitati
coniuncta simplicitas ⁏ q̃ discentiũ in
telligentia plurimũ adiuuatur Hu
militas enim hijs q̃ scribũtur a doc
toribus acquiescit·et simplicitas si
qua secus q̃ꝫ oportuit dicta videtur
in partem meliorẽ fideli interp̃tatio
ne retorquet Ineptus enim est qui
scripturis a quibus instruendus est/
appetit dñari·⁊ captiuato sensu ea
rum·ad intellectum suũ eas nititur
trahere repugnãtes Nã in eis que
rere quod nõ habent / propriũ sen
sum obstruere est· nõ addiscere alie
num ¶ Nonne et discipulorũ oculi
tenebãtur·ne sapiẽtiã que eos comi
tabatur ex ardore agnoscerẽt·quia
tardi erãt ad intelligendũ que pro
phete loquebãtur· querentes quod
aberat a mentibus prophetarũ· et
non attendẽtes xp̄istũ qui latebat
in littera? Sed quia caritatꝭ arden
tis studio querebãt quod latebat·sa
pientia que q̃rebatur affuit·⁊ ape
ruit oculos eorũ vt itelligerẽt scrip
turas · ⁊ suam viso dño tarditatem
arguerent Hic enim prodest querẽ
di studium· si auditas ipsa sciendi
referatur ad xp̄istum· Hꝫ nec ipse
nisi in fractione panis agnoscitur·
quia mens scripturarũ nisi refectio fi
dei· aut morũ detur anime/ õnino
non videtur Quisquis enim ad vo
luptatem suã/ingenij aut studij viri
bus\scripturarũ integritatem attẽp
tat·quasi a sacrario philosophie ex
clusus·ab intelligentia veri alienus
extat Nam ⁊ sodomite/dum ange
los correptores malicie/et viri iusti
hospites/corrũpere voluerũt/ceci
te percussi sunt·⁊ circa parietẽ aber
rantes palpãdo in meridie crassis te
nebris obuoluti·iusto dei iudicio sub
mersi sunt Sic dum elati ⁊ malig
ni oberrãt ad parietẽ scripturarum
sensum fidelem qui in domo simpli
cis cũ quo est sermocinatio dei· ⁊ q̃
correptorẽ malicie videt angelum
non attingunt Angelus siquidem
scriptura est quam deo mittente cõ
stat ad increpãdã maliciã hoĩm ĩ mũ
di sodomã descendisse Audite inquit
verbum dñi principes sodomorꝫ·au
ribus percipe verba mea populus gomor
re ¶ Precauiendũ est ꝙ scripturis nõ
dñandũ nisi q̃s forte seipsũ dignũ
credat vt ãgelis debeat dñari Eos
vtiqꝫ viri iusti adorasse ⁊ abrahã mis
trasse leguntꝛ· et eis huãna temeri
tas vult p̃ferri? Cibãtꝛ ãt fidei ⁊ bo
norꝫ operũ cibis·nã ⁊ magni cõsilij
angelum ad puteum sic cibauit mu
lier samaritana · Et fortasse eos

adorasse nō proderit. si abus subtra
hat. Nonne q̄rendi studio viguisse
scribitur p̄riarcha. qui scalā vidēs
cui9 sūmitas celos tangebat. ange
los ascendentes et descendentes vi
dit et ipsū dn̄m innixū scale. et cum
āgelo donec aurora illucesceret luc
tamis certamen exercuit. nec ante
ab angelo fatigat9 acquieuit vt ce
deret. q̄ femore altero debilitat9 be
nedictionis gratiā voti compos ab
scedente angelo reportaret. Nec ei
in spiritu aut in figura cōtigerūt. sed
nobis apostolo teste figuralia serui
unt. In via ergo pegrinationis nr̄e
apprehēdam9 angelos scripturarū
et infatigabili certamine luctantes
cū eis. nō cedamus donec nos auro
ra veritatis illustret. Nec solā nosse
sufficiat veritatem. nisi femore amo
ris temporaliū marcescente eo vere
virtutis aditū/de benedictione āge
lica facilius cōsequamur. quo mag
eternoȝ amore excitato. in appetitu
temporalium claudicem9. Eo enim
lucta ista pduat. vt triūphantis ho
minis testimonio. de9 ipse qui sum
ma veritas est. facie ad faciem vide
atur. Quicq̄d enī boni in fide aut
opib9 apparet. ymago quedam di
uine visionis est. Et recte aurora si
ne benedictiōe nō expedit angelū.
quia noticia veritatis sine gratia bo
ne operationis sane cōsciencie non
habet fructū. Porro ad studiū que
rendi nō modo domesticis. sed eciā ex
traneis aīmamur exēplis. Nam so
lon qui semp sūmo sapiētie feruore
flagrauerat supmo die assidentib9
amicis et conferētib9. iam fere mer

sum fatis caput erexit. interrogatus
q̄ cur hoc fecisset/respondit vt cum
istud quicq̄d est de quo disputatis
percepero moriar. Migrasset pfecto
ex hoībus inercia. si eo animo vi
tam ingrederentur quo eam solon
egressus est. Carneades laborios9
et diuturnus sapientie miles in stu
dio. xc. expleuit ānos. Ei siquidem
idē viuendi et philosophandi finis
fuit. Catho octogesimū et sextum
agēs ānū. aīo tn̄ iuuenili. virili ro
bore grauitate senili/in republica a
gēs. vt nec memoriā tardiorē ꝗ la
teȝ īfirmitatē. aut quassatā carnē.
mēbra torpentia. ꝗ linguā īpeditā
ꝗsquā aīaduerteret. Grecas eciā lit
teras appecijt erudiri. qui sero et fere
senex latinas didicit. Cum vero si
bi eloquētie gloriam cōparasset. id
egit vt iuris quoq̄ ciuilis pitissim9
haberet. Ei9 vero plesmirifica et
prē cathone digna. adeo doctrine cu
piditate flagrauit. vt ne in curia q̄
dē qua senat9 cogebatur tempareret
sibi. quo min9 grecos libros lectita
ret. qua quidē industria ondit alijs
tpa deesse. alios supesse tpib9
¶ Vitā q̄etā necariā esse. vl' ethic9 do
cet q̄ studentis mane exerciciū repu
tat. si ad hostiū e9 pmētiū se tumul
tuū turba pulsat. Ait ei Quis loc9
īgenio. nisi cū se carmīe solo. vexāt
et dn̄is cure viseq̄ ferunt. Pectora
nr̄a duās nō admittētia curās. mag
ne mētis op9. nec de lodice parau
da: attonite curr9 et cq̄s. faciesq̄ deo
rū. aspicē et q̄lis rutilū ꝯfundat eri
nis. Nam qd̄ turba lumē veritatis
impediat. cecus euangelicus docet

quem turbe precedentes/et sequen
tes increpabant pariter vt taceret.
Siquidē dicente dn̄o/qui versatur
in turbis turbatur erga plurima.
quo nichil studijs aut bonis mori
bus exercendis pniciosius est. Si
enim studium vt ciceroni placet est
vehemens applicatio animi ad ali
quid agendū magna cum volunta
te/pfecto mens que turbata ad plu
rima distrahitur nequaꝙ̄ in vno v
tutis ope fideliter occupatur Sed
studij tunc exercitatio plurimū pro
ficit cum virtus in singulis que le
git aut audit homo/tacito apud se
veri iudicij scrutinio cōualescit. Ibi
namqꝫ ratio cūcta examinat ꝛ fruc
tum omnium appendit in statera.
¶Ceterū vita quieta esse non po
test. si nature necessaria subtrahūt.
et econtra si luxuriat animꝰ in deli
cijs. rerū affluētia/lumen rationis
extinguit Unde fecūda virorū pau
pertas. & vere humilitatis custos ꝛ
socia virtutū pmissis adhibetur vt
luxuriam/moderatrix ista ꝯpescat/
& stimulis suis/hominē sui memo
rem/officio virtutis iugiter instare
compellat Honesta quidem res est
vt ait sapiens leta paupertas. nec
tamen est paupertas si leta. sed ce
si diuicijs potior Unde democritus
cum diuicijs censeri posset. q̄ tāte fu
erūt vt pater eius exercitui xersis
epulū dare ex facili potuerit. quo ma
gis vacuo aīo studijs litterarum esset
patus/pua admodū sūma retenta/
primoniū suū patrie donauit Athe
nis aūt cū plurib9 ānis moratus.
omnia tpm inomēta ad pcipiendā
& exercendā doctrinā conferēs/igno
tus illi vrbi vixit/quod ipse quodā
volumine testatꝰ est ¶Crates quo
qꝫ ille thebanus proiecto in mare/nō
puo auri pondere. abite inquit pessi
mi male cupiditates. ego vos mer
gā ne ipse mergar a vobis ¶Sed
& anaxagoras cū a diutina pegri
natiōe patriā repetisset. possessiōesqꝫ
desertas vidisset. nō essem inqt ego
saluus nisi iste pijssent Socratici
fertur oraculū. neminē locupletē fu
turū vt doceat. nisi se ad discendum
pauperē et egenū credat Sempr enī
discentib9 plura deerūt q̄ scitu icū
da vel aut necessaria sūt. ¶Terrā
alienā phia exigit. ꝛ suā interdū a
lienam facit. pmo alienā facit suā.
ꝛ nullo vnq̄ grauatur exilio. hꝰ ē qd
domesticas & q̄ carnis sūt abigit solli
citudies. vt homo totus quodāmo
do versus in spiritū. omne qd sapiē
tie profectum impedit. reputet alie
nū. vbiqꝫ tamen domi. & vbiqꝫ in
patria. qr vbiqꝫ locorū apud se. ꝛ
vbiqꝫ apud sapientiam cōmoratur
Et forte huc patriarchā inuitat do
minꝰ dū eū exire de t'ra et de cogna
tione sua pcipit. vt in peregrinatiōe
proficiens multiplicetur in gentem
magnam. ipsāqꝫ terrā acquirat fe
licius quam reliquit. dū ad vocati
onē sapiētie oīa q̄ sūt mūdana cōtēp
nit Si quidē virtus modestie paup
tatis exercicio crescit. ꝛ fortitudo faci
li9 diuicijs q̄ laborib9 expugnatur
Qui vero in cognatiōe temporaliū
quibus quodammodo ingenitus ē
pedem sui figit affectus. seruit ꝛ mi
noratur. et iure dn̄ij feliciter acq̄rūtur

omnia · que mūdi cordis affectiōe
quasi mētis pede calcātur. ¶ Sed
quis est qui hāc arduam viam. vel
intrare disponat · Angelū forte q̄s
aggreditur. aut q̄s si aggreditur:
ꝑseuerat? Nec tamē sine discrimi
ne colluctandi videtur facies verita
tis. et nisi paupꝫis exilij amaritudo
ꝓcedat. rachelis et lie cōiugatio nō
dulcescit nec succrescit soboles nume
rosa. nisi in virtutis baculo iordanē
labētiū solitudo transierit: ⁊ in dua
bus turmis spūaliū et corporaliū
bonoꝝ in patriam diues ingreditur.
qui eciā inter cognatos exul ī pure
contemplationis ⁊ recte oꝑationis
labore diuci9 sudauit Qui vō alia
via pħari nitūtur errāt. ⁊ vrgente
fame ꝑmogenita distrahēt. si tamē
inuenerīt germanū q̄ vel lenticulā
sapiētie ꝑcij nomine largiatur Est
enim vt fertur dixisse aristippus in
dulgere vicijs a legendi studio tem
perare ¶ Capitulū decimūquartū
De septima claue discentiū.

In libro q̄ntiliani de īstitu
tione oratoris septima cla
uis discētiū ponitur amor
docētiū quo preceptores. vt parentes
amādi sūt et colendi Sicut enī illi
corpoꝝ. ita ⁊ isti quidē sunt genito
res animoꝝ. non quidē de seipsis ꝑ
pagando substātiā. sed quasi sapien
tiam in auditoꝝ mentib9 gignunt
in meli9 reformādo naturam ¶ Et
hec quidem pietas/studio/plurimū
confert Nā et libēter audiūt quos
amant. ⁊ dictis credunt. ⁊ eis simi
les esse concupiscūt. et pio faciente
affectu in ipsos cetus scolariū. leti a

lacresqꝫ conueniunt Emendati non
irascuntur. laudati non erubescunt.
vt sint ⁊ ipi karmi studio merebūtur
Nā vt doctorū officium est docere.
sic auditoꝝ prebere se dociles Alio
quin neutrum sine altero sufficit.
Nam sicut hominis cetus ex vtro
qꝫ gignentium est confectus. et frus
tra sporserus semina nisi ea pre
mollitus fouerit sulcus ita scientia
coalescere nequit. nisi sociata tra
dentis accipientisqꝫ concordia Hec
quidem quintilianus in preceptis
eloquentie. sed nichilomi9 sūt ad īsti
tutionē sapiētie applicāda Profecto
nec eloquentia nisi in preceptis sa
pientie cōpatur. et in forum illorū
qui aures audiendi habent. nō mo
do ridiculosus sed quodammodo ve
sanus irrumpit quemadmodūqꝫ philoso
phia vt loqueretur diligentius nō
instruxit. ¶ Septem alias claues
quas ad intelligentiam scripturarū
ticonius posuit in lucem proferet li
ber qui de doctrina xp̄iana inscri
bitur. sed nequaq̄ istis obuiāt/om
nes potius versantur in vna istarū
Eas namqꝫ studium querendi com
plectitur. Ceterum de traditione
gentilium sermo fuerat institutus.
ita tamen vt ad institutionem fide
lium ex proposito referatur. Vna
tamen est et singularis. ⁊ quasi cla
uium clauis clauis illa que aperit.
et nemo claudit. claudit et nemo a
perit. et sine qua ad intelligentiam
veri nullus accedit. quam quisquis
aut non apprehendit aut nō tenet
potius eum insanire crediderim q̄
philosophari. ⁊.

¶ Cplm̃ xv. In quo epichurus et
sui summū bonū cōstituāt et qđ per
labores multos itur ad voluptates

Multa quidē sūt et difficilia
quib9 ph̃antiū ꝓbatur vt9
q2 ad sūmū nō est iter nisi
ꝑ ardua. In spe tamen proficiēdi
oīa mansuescūt ꝛ dū laboris pensa
tur vtilitas . mens ad oīa robora
tur. Et q̄ꝺem ad sūmū tendūt oēs
ȝ via dispari. nemo tamen vt opi
nor. illuc sine labore ꝑtingit. aut tē
dit Cū eni sint tres ph̃antiū secte.
que ꝛ ipse scindūtur in semitas mul
tas. oēs ꝛ si dissimilit̃. laborāt tñ
in assequēdo finem quē statuūt Vi
quidē epicurus/ ꝛ totus grex sodaliū
ei9 vitā asserit\ q̄ semꝑ tanta iocun
ditate letatur . vt tristicie ꝛ pertur
bationis nō interueniat vel tenuis
mot9 Vera quidē diffinitio est. ꝟ q̄
nichil potest esse iocūdius. Ab ea ta
men plebs q̄ eū sequitur defluxit i
voluptates ; reputans se eaꝝ vsu be
atissimā esse futurā. Michi tamē ꝑ
suadeꝛi nequit hoc aliquem hausis
se de fonte socratico . q̄ tantā morū
docuit puritatē vt a posteris credit9
sit nō huānū modo . ȝ diuinū spm̄
habuisse. Sed quia facile est aure
vel ore īsipiētiū. dcā optima depra
uari : ad cōpendiū immūdicie trac
ta sunt : q̄ virtutis esse debuerāt in
strumētū. Caro siquidē opinata ē.
nā hoc vtiqꝫ cordatus hō nō sentit
ꝙ amore iocūȝ/nil est iocundi9. nil
suaui9 parasitica vita aut eoꝝ qui
epulantur cotidie splendide/qui vi
no estuant. splēdidis vtuntur vesti
b9 Deniqꝫ oīa q̄ mens. ligua. ma
nus. appetit. cogitare/loqui/et face
re/ ꝛ in nullo contra ire sibi\ aut mo
tum ꝓprie reprimere volūtatis vitā
esse hominis/vera ꝛ sūma felicitate
gaudētis Sꝫ nūq̄d huc sine labore
venitur ? Quot obices ne sic viua
tur varietas humane sortis interia
cit? Vt reb9 nāqꝫ vtaris ad libitū ;
opulentia necessaria est Hijs enim
egen9 ita nō vtitur q2 desunt aut ꝑ
cit sepe ne desint. Sꝫ ponātur adesse.
Inter multos cōpetitores. ꝛ tā
ta currētes auiditate ; eas fortior
asportabit. Viribus itaqꝫ op9 est vt
seruentur. Exigitur ergo et poten
tia. Nūquid hec gratis id est sine
labore ꝛ sollicitudīe acquirūt̃ ? Sꝫ
in hijs contempni durū quidē est ꝟ
intolerabile . eo ꝙ amor commodi
innatus est homini. vt etiam q̄ nō
agit vt bon9 sit bonus videri velit
et in estimatione sui aliorum credit
errare iudicia Nam vt bonus sit nō
cōmodi sed iusti amor efficiet. Que
ritur ergo reuerentia conuiuentiū .
sed hec ipā nisi fame beneficio ꝓte
datur leuiter euanescit . At illa q̄
gloriam parit et prorogat . ex mul
tis surgit articulis . sed maxime a
virtutum exercicio conualescit .
¶ Patet ergo q̄ꝙ laboriosus sit transi
t9 ad beatitudinem ꝑ voluptates .
que sufficientie causa diuicias cōge
runt/ vt potentia nitantur fugiant
contemptus/ampliores querūt dig
nitates. et conciliande celebritatis
gracia aspirant ad gloriam . Hijs
tamen omnib9 nō ea vita quā epi
curus describit acq̄rit̃. et q̄ tristicie
sit et toti9 perturbationis ignara .

Aut enim hec in vnū quēlibet non
concurrūt · aut nō conferunt quos
pollicentur effectus · Ymo ⁊ ſepiſſi
me tamq̄ e regione conſiſtant que
rentiū votis cōtraria operantur Si
michi non credis/liber de conſolati
one philoſophie reuoluatur attenti
us · ⁊ planū erit hec in contrariū ce
dere · Et licet liber ille Vbū nō exp̄
mat incarnatū · tamē apud eos qui
ratione nitūtur; nō mediocris auc
toritatis eſt cū ad reprimendū quē
libet exulcerate mentis dolorē con
grua cuiq; medicamēta ↄficiat Nec
iudeus quidē nec grecus ſub pretex
tu religionis/medecine declinet vſū
cū ſapientibus in fide ⁊ in perfidia
deſipientibus ſic viuide rationis cō
fectio proficiat artificioſa · vt nulla
religio qđ miſcet abhoīari audeat ·
niſi quis rationis expers eſt Dū dif
ficultate ꝓfundꝰ eſt in ſentencijs ·
in verbis ſine leuitate conſpicuus ·
orator vehemens · efficax demōſtra
tor · Ad id quod ſequendū eſt · nunc
prolabitur ſuadēs · nūc quaſi ſtimu
lo neceſſitatis impellens · Si huic
vt neceſſe eſt acquieueris · videbis
iſta laborioſe nimis queri ob aliud ·
et id cuius queruntur gracia ex eis
minime prouenire · Illud tamen cu
ius querūtur gracia verius ⁊ cōpen
dioſius poterat inueniri · ſi non aliū
de q̄ a ſe quereretur · Sed iam fere
malicia inualenſcente non queritur
ſed neglectui ducitur pre iſtis · etiā
ſi occurrat Nam cū oīa bona ſapiē
tie acceſſoria ſint ipā cumq; conſtet ſu
per ſalutē ⁊ oēm pulchritudinē ap
petendā · ipā ceterorū collatiōe vileſ

cit · ⁊ ſola ſūt acceſſoria eiꝰ in p̄cio ·
Quis ei p̄hatur vt ſapiat? Nā vt
rebus abūdēt · aut tpaliter floreāt
videbis multos / et ſi non philoſo
phētur tamen philoſophos imitari
Ceterū facilius eſt vt diuicie phi
loſophantē impediāt · q̄ vt philoſo
phie quippiā conferant · Deo enī ⁊
mā̄mone fideliter nō ſeruitur · Ne
verearis vt quis patriam deſerat ·
vt paupertatē ſpontaneā amplecta
tur vt ſtudio vacet · Nam p̄hia ipā
labor videtur inutilis · niſi fructꝰ opu
lencie conſequatur · Alios vt ſciant
curioſitas excitat · alios vt ſcire vi
deantur elationis ſtimulo vanitas
vrget · alios ad queſtū peſtifera cupi
ditas inflāmat · Rarus eſt qui cari
tatis ā humilitatis pede/ſapiē vias
ſcrutet᷑ · vt doceat᷑/ā doceat · Nā ad
imūde voluptatis · ā vane vtilitat᷑
ineptias oīa referūtur · In hijs enī
finis eſt aīe aberrātis · P̄hia interī
viaticū eſt paucorū tn̄/q2 alia via
lōge videt᷑ eſſe ↄpendioſior · Nā vt
dici ſolet · Amor ingenij neminē vn
q̄ diuitē fecit Caꝫ xvi · De amo
re diuiciarū ⁊ q̄ i eis aīa nō q̄eſcit ·

Qui ſolas diuicias congere
re curant · nichil in vita po
tiꝰ credi volūt via quā cete
ris pretulerūt · vt eiꝰ indigentia ex
pleatur · Diuerſa probantur a di
uerſis Nullū graue periculū eſt · ſi
ſpes doloſi nūmi refulgeat · Ipſam
fere naturā vincit amor pecunie · et
res pene īpoſſibiles ad poſſibilē redi
git facultatē Auaro nichil vile vide
tur aut ſordidū · ⁊ ſibilante populo
ſeipm̄ cōſolat᷑ ymo ſibi ⁊ applaudit

simul ac nūmos cōtemplatur in archa. Petronianū illud igestū oīb9 credas. Quisq̄s hēt nūmos secura nauiget aura Fortunāq3 suo temperet arbitrio. Vxorē ducat danen. ipsū q3 licebit. Acrisiū iubeat credere qd̄ danaan. Carmina componat. decla met. cōcrepet omnes. 7 pagat cau sas sitq3 cathone prior. Jurisconsultus paret. nō paret habeto. Atq3 esto quicq̄d seru9. 7 labeo. Multa loquor. quid vis nūmis p̄sentib9 opta. Et veniet clausū possidet archa iouem ¶ Dum itaq3 questū faciat. nulla pes mūdi videtur inaccessibilis et ipsi9 torride estū maior auaricie ignis excupat Inde est q̄ h mutat merces surgente a sole ad eum quo vespertina tepet regio Hic toto impetu fertur in hostē/cōcurritur hore memento/cita mors venit. aut victoria leta Alius supbis gaudet assidere liminib9. vt ex familiaritate maiorū facilius ad opes q̄ desiderantur accedat Qui potest versatur in aliquo misterio sinautē/ sufficit vel in matricula curialiū esse cōscriptum. Sola siq̄dē ꝯscriptio questuosa est. vt mimū locum patrimonie faciat qua nullū vectigal vtilius Quis enī cōmodissime pat quē loculi exhibēt alieni Militat ī curia usq3 ad canos ymo 7 illos ꝯsumit curia Vix ē vt quem curia pduxit a canos domū redeat. vel exclusus Qui nugacuerūt fame pereunt. quia vt ait sydonius eos nō tam bonus pascat q̄ panis alienus. Suauior enim est. 7 quiddam ab alieno innate dulcedinis habet. Nescit vti suo qui semper

imperatorem. nec philosophū deuē
runt. sed impiū et magnū dei hos
tem ⁊ hōim/tripertita lacius pandit
hystoria. In gente quoqꝫ britānica
tum sicut quedam nostratū testatur
hystoria ad cōpescendū ꝟ puniendā
tyrānidis rabiē/ gloriosissime mar
tiris et regis eadmūdi manū exer
cuit. Cum eni suauꝰ britānie insu
lam quā ex magna parte occupaue
rat vastaret. spoliaret. ⁊ mēbra xp̄i
persecutionibus multis affligeret. in
dictione census quē lingua āglorū
danageldum nominant prouinciā
onerauit. precepitqꝫ possessiones
memorati martiris cōferre in censū.
Supplicatū est ei. contēpsit preces.
Missus est a martire religiosus fra
ter sub interminatione inhibuit ne
ecclesiam xp̄i/domū martiris ꝟ liberā
familiā eius tyrānus indebita pre
meret seruitute. Sed impietas ad
preces obsurduit. intumuit ad pro
hibitionem. ad minas induruit. et
cōuicijs ⁊ iniurijs afficiens humilē
nunciū dei. vltricem accelerauit ma
nū Flagellum prouocauit et paciētia
dei cōtēpta temeritate cecus incurrit
in mortē Nec mora Nā tyrannus
e vestigio expirauit Inter milites ei
agens in castris solꝰ sicut ip̄e confes
sus est. cum telo vidit adesse btūm
eadmundū. increpantem cū et cedē
tem ad mortē Et ab ea quidē die /
licet insula graues tyrānos habue
rit. ecclia beati eadmūdi a predicta
indictione fisci mansit imunis. Ne
mo eni eorꝫ martirem ausus est p
uocare. aut in opprimenda eiꝰ ecclia
periculum facere sui Nostris tamen
temporibꝰ eustachius filius stepha
ni. qui in ecclesiam dei seuire decreue
rat Cū oīa p viribus depopulatꝰ
esset/ ⁊ terrā beati eadmūdi cui om
nes p̄dones detulerāt videret opu
lentā. sibiqꝫ nō esset/cōsumptis opi
bus regni vn̄ semel ꝟ scd̄o militi
bꝰ eam procederet Iam enim defece
rant donatiua/predia iā dicte ecclie
depopulatꝰ est. nōdum tamē diges
serat cibum. quē de facultatibꝰ loci
acceperat Ipaqꝫ die anteq̄ se domu
sue reciperet que nimis vicina erat
tactus est martiris manu et letali
passus morbo. die circiter octaua/r
bꝰ cessit ⁊ vita Quid moror in pau
cis? Ubi sūt. ut de domesticis loquar
gaufridus. milo. rānulfus. alanꝰ.
symō. gillibertꝰ. non tā comites
regni. q̄ hostes publici vbi villinꝰ
saresberiensis vbi marinio q̄ impel
lente btā virgine incidit in foueam
quā parabat. ubi alij quorꝫ vel nōia
conficerent librum? Horꝫ vtiqꝫ ma
licia insignis est. infamia celebris.
infelix exitus/et quem p̄sens etas
ignorare non potest Si ergo quis
antiquas nescit hystorias. si igno
rat quomodo tyrus cui reges terga
prebebāt. a regina scitarum tamiri
prostratus est. si casus ⁊ precipicia
precedentium non recolit tyranno
rum. vel ea que oculis ingeruntur
inuitis attendat et luce clarius intu
ebitur omnes tyrannos miseros
esse

¶ Capitulum vicesimūsecundum
De gedeone qui forma presidenti
um est. ⁊ antiocho

Quid itaqꝫ sibi velit qui rē
publicam id est populū dei
indebito seruitutis iugo ni
tūtur opprimere? Nō video nisi for
te ea de causa ꝑsonam appetant vt
tormenta miserie potēter ferāt Si
eni regere tantum appeterent·non
dn̄ari/onꝰ officij metientes nequa
ꝙ̄ tanta currerent auiditate·volun
tas enim regentis de lege dei pen
det·et non preiudicat libertati At
tyranni voluntas cōcupiscentie ser
uit·et legi reluctās/qui libertatem
fouet·conseruis iugum seruitutis
conaē īponere Docet hec scriptura
cui cōtraire nō licet Dixerūt oēs is
raelis viri ad gedeon Dn̄are nr̄i tu
⁊ filiꝰ tuꝰ·⁊ filiꝰ filij tui·qꝛ liberāsti
nos de manu madyan Quibꝰ ille
ait·nō dn̄abor vr̄i·nec dn̄abit ī vos
filiꝰ meꝰ·ſʒ dn̄abit dn̄s Dixitqꝫ ad
eos Unā petitionē postulo a vob·da
te michi inaures ex preda vestra Vi
deor michi in huius lr̄e facie quod
dixeram intueri· Nam gedeon qui
interpretatur circuiens inutile·vel
temptatio iniquitatis eorum/nomi
ne ⁊ verbis videtur officium indica
re Eius enim est circuire inutilia ⁊
ea vel delere·vel reuocare ad frugē·
et quod iniquū deprehendit exclu
dere a finibus suis·vt sibi aduersꝰ
hostes procedat victoria·defertur
honor dominij et recusat·legi tamē
subicit quos a iugo seruitutis absol
uit·Patri filiorum successiuꝰ defer
tur honor·at ille deum maluit ho
norari·Quis eorum recte huic assi
milabitur qui fas nefasqꝫ confun
dunt·et versantur in laboribus et
erumpnis·vt filios possint nō tam
honoris ꝙ̄ rapine·et iniquitatis ha
bere heredes? Quis est enim qui
legem dei et iusticiam eius qui ī so
la caritate cōsistit filijs anteponat?
Qui amat inquit patrem aut ma
trem aut filios·plusꝙ̄ me·non est
me dignus· Et profecto qui transi
toria xp̄isto preponūt·ipsis tran
sitorijs citius transeunt·nec eorum
ꝑpetuatur gloria: apud quos pre
positis alijs xp̄istꝰ manet inglori
us· ¶ Ergo casum timeat p̄nceps
qui liberoꝝ·aut carnis motus af
fectu/honorem diuinū minuit ime
mor caritatis Sed nemo est qui ī
deum se fateatur insurgere·insur
gunt tamen plurimi·⁊ iam ista pa
lam fiunt Intrauit anthiochus in
sanctificationem cum superbia·et
hoc quidem faciūt multi Ozias quē
lr̄e irrefragabiles iustum in multis
fuisse commemorant·mortuo zacha
ria sacerdote qui cognomen fuit intel
ligens/ordinem sacerdotalem non
tam pie ꝙ̄ audacter inuasit:et recla
mantibus leuitis nonne tu es rex
ozias et nō sacerdos·audire contēp
sit· Statimqꝫ lepra partem illam
corporis eius inuasit quā sacerdos
ex lege auri lamina tegebat vt iux
ta interpretationem propheticam
facies eius ignominia repleretur·
Rex quidē notus est·et ex cuius re
gibus et ex eo maxime ꝙ āno mor
tis eius natꝰ est romulꝰ·a quo ge
nus est roānoꝝ Imitantur plurimi
oziam sacerdotalia presumentes·ſʒ
lepram eius paucissime erubescunt
Plures tn̄ sequūtur āthiochū·ꝙ̄ nō

sũ deuotione vt offerat vice ſacerdo
tis ſācta ingreditur· ſed vt deleat ſi
quid eſt in templo dñi ſanctum Cũ
enim anthiochꝰ deſolationis ꝛ ab
hominatiōis ydolum fabricaſſet· li
bros legis dei ꝯbuſſit igni/ ⁊ ſcidit
eos Et apud quēcūqȝ inueniebāt
libri teſtamēti dei· ꝛ quicūqȝ obſer
uabant legem dei· ſcd̄m edictum re
gis anthiochi trucidabant eum
Vidi temporibus meis nōnullos
ſacerdotali ſe īmiſcētes officio ⁊ hu
meros temerarie ſupponētes· vt ar
cham p̄ripe͂rēt ab humeris leuita
rum/ loci īmemores qui in p̄ſentem
diem dicitur oꝛe paiſſio· alios vidi
qui legis libros deputant igni nec
ſcindere verentur· ſi in manus eoꝝ
ꝯueniãt iura vel canones Tempo
re regis ſtephani a regno iuſſe ſt le
ges romane quas in britāniam do
mus venerabilis patris theobaldi
britāniarum p̄matis aſciuerat Ne
quis eaſ libros retineret edicto re
gio pꝛohibitũ eſt· ⁊ vicario noſtro
indictũ ſilencium· ſed deo faciēte eo
magis virtus legis inualuit · quo
eam amplꝰ nitebatur īpietas infir
mare Quis autem in tot milibus
regnare affectātiũ/ eſſe vult ſimilis
gedeoni? Aut quis legem ſibi vult
dñari ⁊ ꝑplo? Oībꝰ tñ vnũ illud de
beret ſufficere· qd̄ gedeon a ſubditꝭ
petit id ē ſi ſolas ex p̄da ſibi ꝯſeq̄t̄ i
aures Si ei q̄ lex loq̇tur īdicate cu
rauerit ⁊ ei obediēs ꝑplꝰs acq̇eſcat
vt nō ſit iniq̄tas ꝛ cōtradictio ī ciui
tate ⁊ ꝑplō cui p̄eſt debꝫ ꝑfecto ſuffi
cere p̄ſidēti· Caplm̄ xxiij· Conſi
lio bruti vtēdũ ēē aduſꝰ eos q̇ ꝑ ſũ
mo pōtificatu ī mō certāt· ꝫ ſciſma
te dimicāt ⁊ ꝙ tyrānis nichil q̇etũ
Sed eſto vt hijs liceat qui
carnales ſũt cōtendere de
p̄matu· viris eccliaſticis hoc
vſqꝫquaqꝫ arbitror ēē illicitũ Car
naliũ tamen exēplo ſub ymagine
religionis obrepit īpietas ꝛ iam
nō modo contēditur ꝑ ſacerdocio· ſꝫ
pugnatur Antiq̄ quondā trahebā
tur inuiti· ⁊ proni ad martiriũ pri
mas cathedras carcere penis ⁊ cru
ce fugiebant· Cōtra iam palam lo
quũtur ſacerdotes ⁊ prouerbiũ nul
lum dicũt Nolumꝰ inquiũt marti
res eſſe· ſed ſediũ noſtrarũ gloriam
nō damꝰ alteri Miſera quidem ⁊ mi
ſerabilis vox in ore ſacerdotis · qui
xp̄m ſic agnoſcit· vt ſe nolle cũ ſeq̄
palā cōfiteatur Dubitari poterit an
verus moriatur confeſſor· qui pſecu
torē ſi opus fuerit nō expectat Ait
eni cypꝛianꝰ Epus ſi timet· actũ eſt
de eo Sed liceat timere· nō ſtare in
neceſſitate illicitũ eſt Fugitiuꝰ inuti
lis infamis eſt Eſt tamē in quo vi
detur cōſtātiā martiris imitari· ſi ꝑ
cathedra ſcilicet fuerit decertādũ ·
Ferē a quibuſdā· ⁊ verũ eſt ꝙ ſuper
romano pōtificatu ab ābicioſis q̄n
qꝫ p̄moſepe litigatũ ⁊ nō ſine ſāgui
ne fraterno ſcā ſcōꝝ ingreſſꝰ ſit pōti
fex Cōcitata ſt iteꝝ bella/ pluſ ꝙ ci
uilia· ⁊ ceſare ⁊ pōpeiũ· ⁊ q̄cq̄d phi
lippis leucade· mutine ī egipto hyſ
paniave p̄ſũptũ ē· q̄cq̄d ipie geſſiũ
pugna ſacerdotalis abſoluit Nũ
q̄d xp̄iani ſāguis paciāt effuſioēꝫ
vt eis pre ceteris liceat pro grege
quod paſtoris eſt animas ponere?

Nūquid eciam diruūt/ ꝯphanant
sācta. vt sit qđ edificari ꝟ sāctificari
oportent? Cōcuciūt populos regna
sollicitāt. eciā rum diripiūt facul ta
tes. forte vt sibi faciant materiam
ꝯmerendi/ ut componant omīa/ vt
pauperib9 miserendi ꝟ ꝓuidēdi ali
is occurrentib9 necessitatē ꝑripiant
Si eī vt plura sibi īpune liceāt. ut
si pecuniā cōgregent. si ut carnem ⁊
sanguinē foueant. dilatēt. ⁊ corrū
pant si vt familiam nobilitent. si
deniq3 vt gloriam suam querant in
clero dominātes nō forma facti gre
gis ex animo. licet labijs ⁊ simula
tione officij/ pastorem induant. ty
rannis ꝙ principib9 facili9 acced ūt
¶ Dicūtq3 phi ⁊ vīn arbitror Ni
chil in reb9 humanis vtili9 hoīe. et
in ipīs hominib9 principe ecclesias
tico vel mūdano nemo vtilior. E cōu
so Nichil hōi pnīciosi9 hoīe. ⁊ ī cir
citā i9 secularis aut ecclesiastic9 pni
ciosior est. Sed ꝑfecto in vtroq3 ge
nere secularē ꝯcastic9 añcedit Sal
enī infatuatum ad nichil omnino
valet. nisi vt piciatur foras ⁊ ꝯcul
cetur ab homi ib9. Porro vsq3 a
deo solus ferrū mortemq3 timere au
ri nescit amor. pereunt discrimine
nullo. amisse leges. vilissima rerū:
certamen mouistis opes. Ergo di
uidatur vnitas. integritas scindat.
sinceritas corrumpatur. maculetur
et sanctitas. mūdi nouū iudiciū cele
bretur. ⁊ princeps ei9 qui ī passiōe
xpi eiect9 ē vndiēs scādala spargat.
vt beatus sit q̄ nō capitur scādiculis
ei9. Tāto ne nouorꝫ ꝓuētu scelerꝫ
ꝗrūt vtrū īpet orbi / vix tāti fuerāt
ciuilia bella mouē. vt neuter Rec
tissimam eminendi viā docuit xpris
tus qui discipulos suos regibus gē
tium noluit conformari. vt dominē
tur in subditis et qui potestatem ex
ercent bñfici dicātur. Sed q̄ maior
est spōte minoretur. ⁊ solum pre ce
teris vite quiete virib9 et contentio
ne remota. sibi vendicet officium mi
nistrandi At isti aliā pretulerunt as
cendentes ex aduerso fratrū ⁊ minis
trandi humilitate reiecta/ appetunt
pre regibus gentium dominari. nec
dubiū quī refrigescēte imo extincta
caritate sedē suā ꝟ ipī ponāt ad aq̄
lonē Siquidē ꝓductos odore pares
Vtinam secuti essēt qui ea viderūt
tempora/ consilium bruti. a quo cū
īminente bello ciuili catonis aūtic
auctoritas. Decreuerat enim ma
nus suas ab armis continere ciui
libus quibus quanto quisq3 liberi
us ꝟ forcius inmiscetur. tanto ini
quior et immanior est. Ait ergo.
Nūc neq3 pompeij brutū. nec cesa
ris hostem. post bellum victoris ha
bes. ¶ Si ergo sapiant. hij pro
quorum dominio scismatici litigāt
eos solos concurrere patiantur. al
terutri metuant opem ferre. incerti
quis victor futurus sit. certiq3 quan
ta ꝙ grauis ruina victis immineat
Nulla manus belli mutato iudice
pura ē Nā ⁊ victrix causa deo pla
cuit. ꝫ victa catoni Gaudeat plane
mūdus cum alter solus vicerit sed
ꝯpensiori letet gaudio. si vicerit v
terq3 vel neuter ¶ Conueniant er
go si placet in insula liconia aut a
liquo. si quis tamē loc9 bellis sius

duellis est aptior. Nam antiqui teste quintiliano bellos dicebant. quos duellos modo appellamus et sine verbis et verbis periculo vincant alter uter duellorum quem deus scilicet approbauerit. aut victorem esse permiserit Victus quoque si id victori placeat demergatur in tyberim. aut si cum eo mitius agendum videtur. retrudatur in caueam Cui autem abbas loci claustrum primo carcerem aperuerit. protestetur se non illud ei quod dampnatur preparasse. sed victo Siquidem nulla fides unquam miseros elegit amicos Qui vero vicerit id est quod victor fuerit in liparem aliam ve insulam exul perpetuus deportetur ad marmora deportanda vel secanda. aut ad metalla dampnetur Franciscani scismaticis quos impugnat equatur. nisi quia plerumque quod fortior primo ferocior item et iniquior est

¶ Quid perniciosius aut odibilius bello ciuili? Nichil plane preter rabiem scismaticorum. aut hereticam pestem. quorum utrum perniciosius sit. non facile dixerim. si tamen in hijs numerus est. ut alterum recte segregetur ab altero Cessabunt plane bella ciuilia. si presumptioni desit temeritatis adiutor Nec est qui ciues possit urgere ad furorem. nisi eos aliquatenus ipsa delectet insania Utique necessitas confurendi aut nulla omnino. aut ut multum ymaginaria est Hec quoque per multis maximis periculis patet. quorum nemo satis declinat euentum. nisi precaueat facultatem Innuit hoc poeta grauissimus aut si iuxta quintilianum rectius dicere maluerimus oratorem. non repugno dum constet precauenda esse etiam que possunt euenire pericula. et uniuersitatem ab unoquolibet cogi non posse: ut sceleri obsequatur inuita At ei hic quisquis nullo maculatus sanguine miles Que potuit fecisse timet. quid pectora pulsas. Quid vesane genus. quid fletus fundis inanes. nec te sponte tua sceleri parere fateris. usque adeo ne times quem tu facis esse timendum: Classica det bello. diros tu neglige cantus Digna ferat cessa iam iam ciuilis erinis: Concidet. et cesar generum priuatus amabit Hic sic si ecclesia dei erigatur in spiritus libertatem. si ministerium sceleris subire detrectet. aut omnino scismata sopientur. aut manente unitatis compage. soli inter se scismatici dimicabunt Interim contineat ecclesia manus suas. quoniam gladius petri qui sanguinem carnali sitiebat affectu. mandato domini ad presens tegitur in vagina. et discipuli eradicare zizania properantes/precipiuntur messores angelos expectare Oret unitatis integritas ut in se colligat dissidentes lapis in cisus/in quo fundatur ecclesia. quem scismatici reprobant. qui fecit utraque unum et vestem suam in sortem infidelium integram cedere maluit quam secari Oret in quam ne deficiat fides et expetens in cribro sathanas non disperdat. conculcet et triticum. oret pacem. querat pacem. et persequatur etiam fugientem Meminerit eius qui cum producere posset plusquam legiones angelorum duodecim. exaltatus in cruce omnia acquisiuit. Ipsa ei exinanicio adeo meruit exaltari. ut ad gloriam eius flectatur omne genu

¶ Scismaticos nocētes accipiūt: /
sed consentiētes iustos nocentes fa
ciūt bella sacerdotalia. Quiescāt er
go stantes a longe cum petro vt vi
deant finem. Recolant illud ethni
ci. Si celicolis furor arma dedisset.
aut si terrigene temptarēt astra gy
gantes Non tamē auderet pietas
humana. vel armis. vel votis pro
desse iovi. Hoc quidem videtur ēē
seruādū in hijs vbi q̄s iustius indu
it arma scire nephas. Nam si here
ticus. scismaticus ve/catholicum im
pugnet assistere veritati pium est. et
romano pontifici devotissime famu
lari. Hoc quidē cum innotuerit Nā
scismaticus se catholicum esse sepe
mentitur ¶ Quis enim p̄sumet sū
mū iudicare pontificem. cuius causa
dei solius reservatur examini? Vti
q; quisq; hoc attemptaverit. labo
rare quidem. sed proficere neq̄q̄
poterit. nec ad vnguem nomē ponti
ficis. arto/habeat hic pōtifex. cuius
cūq; canonica precessit electio. Io
nas vt naufragiū tolleret naufragi
um fecit. maluitq; perire solus. q̄ a
lios involvere suis periculis. nec ta
men regende navis curam susceperat
¶ Salomon ab eo maternū conuincit
affectum. q̄ integrum meretricis ca
lūpnie filiū cedere maluit q̄ ꝑtiri.
At isti periclitari malūt ecclesiam et
scindi. q̄ honorem non vsurpare et
innocenti matri ecclesie non inferre
calumpniam Hec est inquit mater
eius/quoniam ex dilectiōe/ refugit
sectionem. Econtra hic priuign9 ē
qui ferro rimatur viscera matris.
¶ Quot et q̄tos tumultus et stra
ges dedit illa collisio quando filius
petri leonis adversus innocentium
bone memorie quintum predecesso
rem domini adriani. cuius vitam et
felicitatem in se in euū protendat do
min9. conatus est ab aquilone ascē
dere. Nōne et stellarum partem se
cū traxit ruina eius? Quis nescit
egidium tusculanū? Quis petrum
pisanū cui nullus aut vix similis al
ter erat in curia? Quis recenseat e
piscopos. qui in tota fere ytalia cor
ruerūt? Profecto dum ruine illius
extabit etate nostra memoria/incre
dibile est quēq̄ adeo misere ambiti
osum esse. vt ecclesiam scindere nō
formidet. Neminem ita cupidum
esse credo. qui non malit se deleri.
q̄ vt pro eo tanta fiat turbatio.
¶ Si delictis nostris exigentibus car
nificū istorū quisq̄ ascēderit sedē pe
tri. et ad gubernaculum navis eius
domino indignāte accesserit. plane
non īmerito naufragium faciet. cū
et petrus vocatus a domino. ad va
lidiorem ventus curam mergi cepe
rat. et navis que dominū habebat
vectorē de salute desperet. donec xp̄s
dormiens precibus excitetur. Vti
q; qui misere ascendit rotatur mise
rius et miserrime deicietur. nec le
tos habent exitus que malo sunt
inchoata principio. Discordia/cer
tissimū iniquitatis et defectus indi
cium est. Siquidem minimas rerū
discordia turbat. pacem summa te
nent ¶ Pheton in fabulis dum pa
ternos currus affectat/incēdit orbē.
et tādē miseratione dei et ipse succē
sus corruit preceps. currū disiecto.

Tunc iſſe diem ſine ſole ferũt· et
dum flagrat eccĩa ſuccenſa ſciſma
te/xp̃s videtur abeſſe Ycarus quo
qȝ dum elatus iuuenili leuitate fer
t̃ in celũ· marinis fluctib9 mergit̃·
Deiect9 ei ẽ dũ alleuaret̃ Obuectio
ſiq̃dẽ ipiorũ grauioris ruine ꝑpatio
eſt ¶ Quis aũt eo nequior qui mi
niſterium pacis ſacrificãdi officium
i rixas mittit ⁊ carnificiũ? Quoeſũ
queſo tanta imanitas? Nunquid
ad vitam? Sed eoꝝ finis interit9
An ad gloriam? Sed gloria eorũ
in confuſione eſt An ad voluptatẽ?
Ergo et deus eorum/vent̃ eſt An
vt nobilitentur in carne et ſangui
ne? Sed caro et ſanguis regnum
dei nõ poſſidebunt Nam aduerſ9
carnales nõ ego·ſed hec et grauio
ra hijs apoſtolica itonat tuba Quo
rum inquit finis interitus· quorum
deus/venter et gloria in confuſioẽ·
quia terrena ſapiunt Si vt ſuam
ſuppleant voluntatem· alijs domi
nantes·quod tyrãnicum eſt eis ni
chil nun9 proueniet Tyranno ſiq̃
dem nichil tutum eſt aut quietum
¶ Interroga damodem· A ſe hoc
a tyrãno ſicilie didiciſſe fatebitur·
cũ ei vndiqȝ inardentes prunas ru
ina iminieret ad p̃mũ nutum ⁊ qua
ſi tenẽtis licio dependẽs gladius in
t̃ regales delicias ceruici illi9 ſimil̃
feriẽti irrueret Hoc idẽ apud claudi
anũ aſtruit theodoſi9 Ait eni Qui
terret pl9 ipſe timet· ſors iſta tyrã
nis Cõuenit·inuideãt claris·forteſ
qȝ trucidẽt Muniti gladijs viuãt·
ſeptiqȝ venenis Ancipites habeant
artes·trepidiqȝ minentur Tu ciuẽ
patremqȝ geras· tu conſule cunctis
Nec tua te moueant·ſed publica
vota ¶ Erubeſce ſydõ ait mare q2
iam carnalis loquitur· que vir ſpi
ritualis audire non poteſt· Si eni
audirent ſacerdotes vocem hãc·ne
quaq̃ ꝑ tela per hoſtes currerent·
vt primas cathedras occuparent·
Sed licet omnes ſummu pontifica
tus apicem deferant·quãtum ſalua
religione licet fugiendum q̃ ſuſcipi
endũ arbitror ſapiẽti Vt enim ex
conſcientia verũ loquar illi9 labori
oſiſſima· ⁊ quantũ ad ſtatũ p̃n̄tis
ſeculi ꝑtinet· miſerrima videtur eſſe
cõditio Si eni auaricie ſeruit mores
ei eſt·ſin aũt·non effugiet man9 ⁊
linguas romanorum· niſi enim
habeat vnde obſtruat ora eoꝝ·ma
nuſqȝ cohibeat ad conuicia· ad fla
gicia ⁊ ſacrilegia ꝓferenda·aures·o
culos·claudet ⁊ animũ ¶ Tria ſiq̃dẽ
ſunt que pre ceteris eciã prudẽtũ
omne iudicium ſubuertunt· amor
munerũ·acceptio perſonarum·facili
tas credendi Nam ad iſta moueri ⁊
iuſticiã diſpẽſare null9 hoim p̃t Er
go ⁊ ab hijs imunẽ romanũ neceſ
ſe eſt eſſe pontificem· qui oim cer
te debet exceſſ9· Si odit vicia vel
munerã·quis bñficia ꝯferat i inutũ?
Quid largitur9 eſt/q̃ nõ accepit· a
quõ ſi ñ largit̃ placabit rõnos? Si
ꝑſõs eoꝝ non accipit· quõ ſbſiſtet
añ faciẽ eoꝝ? Vix ei cauſã i ꝯclaui
potrit ꝑſcaẽ ſacdotalẽ·qn eos i ꝯſili
is oib9 admittere cõpellatur Quid
quod cogitur dãpnare ſymoniam·
munerã ⁊ retributiones Si ea ſeq̃t̃
nõne ſeipm ꝓpa voce cõdempnat?

Si in summa potẽtia minima licen
cia est Profecto qui legibus preest/
nulli subiciatur sed ab illicitis arcius
coartatur. Ergo ⁊ romano põtifici
minimũ. eo ipo quo plurimũ licet
Quid ponderosius est sollicitudine
omniũ ecclesiarũ? Apostolicum pri
uilegiũ trãsit ad successores. ⁊ pla
ne pars priuilegij est. quam aplũs
ad chorinthios loquitur Quis inqt
infirmat ⁊ ego nõ infirmor? Quis
scandalizatur ⁊ ego non vror? Si
totum non vultis reuoluere. vel is
tud vendicet qui de primatu contẽ
dit. ⁊ vt puto cito faciet locum.

¶ Preterea qui roman9 pontifex est
eũdem pro conditione ecclesie que
nũc est. esse seruũ seruorum necesse
est. non equidẽ nũcupatiue ad glori
am: vt quidam opinantur. sed sub
stantiue. vtpote qui seruus dei serui
et vel inuitus. Omnis enim psona
deo seruit. et dispensatrix est clemẽ
tie/vel iusticie sue. Seruit angel9.
seruit homo. seruiũt boni. seruiunt
mali. ⁊ ipse princeps mũdi dyabo
lus seruit. Ergo et romani serui
unt deo et tyranni. quibus roma
num necesse est seruire pontificem.
adeo quidem vt nisi seruierit. aut
expontificem. aut exromanum esse
necesse sit. Quis ergo eum seruum
seruorũ esse ambigit? ¶ Dominũ
adrianũ cui9 tempa felicia faciet de
us. huius rei testem inuoco. qz roma
no pontifice nemo miserabilior est.
conditione eius nulla miserior est.
Et licet nichil a luto ledat. necesse
est. vt citissime. vel solo labore defici
at. Fatetur enim se in ea sede tan

tas miserias inuenisse. vt facta col
latiõe priũtium/tota precedens ama
ritudo/ iocũditas et vita felicissima
fuerit. Spinosam dicit cathedram
romani põtificis. mãtũ acutissimis
vsquequaqz consertũ aculeis. tãteqz
mol. vt robustissimos premat. te
rat. ⁊ cominuat humeros. Coronã
⁊ frigiũ clara merito videri. quoniã
ignea sunt. seqz nũqꝫ a natali solo
ãglie malle exisse. aut i claustro be
ati rufi perpetuo latuisse dicit. qꝫ tã
tas (nisi qz diuine dispensationi re
luctari non audet) intrasse ãgustias
Dũ superest ipsũ interroga. et crede
experto ¶ Hoc etiam michi sepissi
me dicebat. qꝫ cũ de gradu in gradũ
a claustrali clerico/ p omnia officia
in summũ pontificem ascenderit/ ni
chil vnqꝫ felicitatis. aut tranquille
quietis/ vite priori adiectum est ab
ascẽsu Et vt verbis ei9 vtar. nichil
ei cũ priũs sũ sui grã vult apud se es
se abscõditũ ab oculis meis. In inc
de inquit ⁊ malleo semp dilatauit
me domin9. Sed nũc oneri qd infir
mitati mee imposuit si placet suppo
nat dexteram. quoniã michi impor
tabile ẽ ¶ Nõne ergo miseria dig
nissim9 est. qui p tãta pugnt miseria?
Sit sane ditissimus qui eligitur.
sequenti die pauper erit. et infinitis
fere creditoribus tenebitur obligat9
Quid ergo erit ei quẽ nulla vocat
electio Sz repugnãte in mẽbris xpo/
ãbitio ceca et cruenta nõ sine sãgui
ne ferro intrudit. Hoc quidẽ ẽ romu
lo succedẽ i parriciidijs. nõ petro i cõ
missi dispẽsatiõe ouiũ Ca. xxiij.
Epycureos nũqꝫ asseq̃ finẽ suũ.

Nisi dissimulet cōtentiosus/
q̄ tn̄ dissimulari ratio nō ꝑ
mittit/ ex sup̱ioribus luce
clari9 liquet epycureos nūq̄ assequi fi
nē suū. Cum eni ad tranquillā as
pirent vitā. ⁊ ad libidinem explē
dam se retrahant. ⁊ ꝑhentur vel po
ti9 desipiant. Nemo enī quod ma
le libet p̄t sapienter explere. Hec
ꝑ ista babilonis fluenta/null9 asse
quitur. Illos quoq; epycureoꝝ no
mine censendos arbitror. qui suam
volūt in omnib9 explere voluptatē
Nam cum eos libidini seruiūt i vo
luptatem transit affc̄io Si affc̄io
affc̄ui nō pateat. quo magis vis
torqueris mag̃. si tamē libido sit
in volūtate. Alioquin interdū velle
qd̄ nō potes. iocūdū ē ⁊ fructuosū.
si forte esurias ⁊ sitias iusticiam.
laboriosum tamē. Mundus itaq;
epicureis plenus est. eo ꝙ in tanta
multitudine hominū pauci sūt qui
nō famulētur libidini. id est corrup
te volūtati. ꝫ laboriose voluntatis
nexibus nō implicati/aut nulli aut
pauciores sunt De loco voluptatis
exclusus ē hō: ex quo libido ꝑualu
it. eo ꝙ vita iocunda ⁊ tranquilla
frui non potest: cui cepit libido do
minari. Voluit facere quod libuit/
nō quod iuss9 est. ⁊ proiect9 in locū
miserie. in terram laboris miss9 est
vt ei ⁊ semini suo / terra spinas et
tribulos germinet. ⁊ in sudore vul
tus sui comedat panem suum / q̄ in
rectitudine voluntatis obediēs. sine
difficultate ⁊ labore plenā poterat
h̄re voluptatē Siq̄dē ad necessitatē
⁊ voluptatē parata inuenerat oia.

Vultus aūt/sicut hijs placet/ q̄ cu
riosi9 scrutantur verborū originem
dicitur a volendo / ⁊ sudor ei9 labo
rem ⁊ angustias indicat corrupte
voluntatis. Si ergo sudatur in eo
qui cōfirmat cor homis ⁊ etiam in
sumēdo quod letificat. quid est qd̄
sine labore sibi natura mortalis cre
dat indultum? Anima sibi recolit
dictū ꝙ matrimoniū nostrū pecca
trici sentētia creatoris intorsit. Pa
rit ergo in dolore filios virtutum q̄
sine labore parit sobolē vicioꝝ. Na
tura namq; peccatrix ad malū ꝓna
est. ⁊ corrupta ab adolescentia sua.
que etas origini vicinatur vt sine
labore ⁊ difficultate possit labi et
non possit erigi ad bona sine labo
re. ⁊ erecta sine difficultate ⁊ gracia
stare nō possit. Parit itaq; vicia/
filias vtiq;/nō filios sine dolore ꝫ
procul dubio ad dolorem. ꝫ in dolo
re filios. sed plane ad gaudiū/non
dolorem. Ergo epicure9 ꝯsatur in
dolore/cui9 vita filios parit aut fili
as. ⁊ sp̱ p̄ntes. aut futuras ĩgemis
cit angustias. Nam aut vt cetera
taceam p̄ntib9 nō letatur. aut si cer
tus nō est/dū certū metitur exitus /
ea tamq̄ abeuntia et fugientia de
plorat. Letis etenim stare negatū
est. nisi quis letetur in illis que be
atum faciūt aut ad perpetuam ꝑfi
ciant vitam. Preterit nāq; mūd9
hic ⁊ oia desiderabilia eius. quan
tumlibet blandiatur incautis et
dulces fallacie sue propinet illece
bras. nouissima eius quouis absi
thio amariora sunt. Et quia rati
o presentem statum eius imꝑfectū.

esse vsqȝquaqȝ conuincit. nescio q̄d
solidum semꝑ pollicetur in posterū.
vt in oīb9 amatorib9 et sequacib9
suis. nec vnū ab inicio duxerit ad
ꝑfectum. aut voti compotem fecerit.
Hinc est ꝙ auarus ī medijs opib9
esurit. potens ꝛ presidēs in summo
fastigio seruit in profundo luxu/ vo
luptuosum gaudij defectus angit/
et fame procis et gracie/ in toto tu
more inanis glorie vilescit. Cui is
ta nō patent nimiū cecus est. cum v
nusquisqȝ eoꝝ qui versātur in hijs/
sibi quod appetit/ deesse fateatur

¶ Sunt tamen quorū oculos ita per
strinxit malicia vt que ꝑ se lucēt ne
queant intueri. Sic oculis capti tal
pe lucis beneficiū non agnoscunt et
innatis gaudētes tenebris. oderūt
aerē puriorem. nec viuere queunt si
diuci9 arceātur ab humo ꝛ latebris
suis. Nōne talparū gerunt ymagi
nem. qui semꝑ in humo versantur.
quorū tota cōuersatio in terra deꝑ̄
mitur. vt nichil altū sapiāt nil diui
nū? Sz nec humanū quidē. cui9 ē
cū cetera aīalia ꝓna ferātur in terrā
celū ꝛ que celestia sunt erecta digni
tate corꝑis ꝛ aīi ꝯtemplari. Hij ta
mē suo. ꝫ talpe quodā vicio nature
deprimūtur. Profecto deterior est.
quē culpa maculat/ eo qui nature la
borat impio. nec credas altū sapere q̄
nature cōsortes nō tā virtute ꝙ̄ vici
is vult ꝑire ¶ Sed quid in grege
isto talparū arguo cecitatē. nisi ꝙ
aliorū fōs esse videtur? Ab eo nāqȝ
scaturiūt riuuli viciorꝝ. vt quasi in
corꝑe vno videas cōfluxisse rapaci
tatē leonis. seuiciam tygridis. gu

lam lupi. varietatē pardi. fraudes
vulpis. tenacitatem arpie. immūdi
ciam suis. petulantiam hyrcī. super
biam equi. stoliditatem asini. obsti
nationem muli. toxicū hidre. nigre
dinem corui. et quicquid aliud per
uersitatis infundere potuit homini
teterrima creatura. Nam ab eo vni
uersa hec incommoda profluxerūt
dū boni ꝛ mali scientiā et similitu
dinem dei ꝓmittit. ꝑ rapinā Exinde
inclinata est ad malū natura hoīs
cui9 quasi quedā īfantia ꝑ̄cessit īno
cens. dum a colloquijs ꝑuertētib9
ꝛ ꝑuersis abstinuit. Viuit homo
ꝛ mansit innocens. Immisso sopo
re obdormiuit innocens. experge
factus et agnoscens auxilium simi
le quod ei fabricauerat deus. inno
center locutus est magnalia dei.
Sed ex quo factus verbosior ꝑ hos
tium curiositatis eductus/ exercuit
cum temptatore/ verbi commerci
um/ quasi ab infantia adolescens/
concepto calore intumuit/ ꝛ preua
ricatus mandatum/ cuius custodia
ad gloriam fuerat profutura cor
ruptus est. vt ex tunc mirabili ꝛ in
uīabili lege conditionis inflicte sibi
vnio reluctetur carnis et spiritus.
vt nulla ratione componi possint/
nisi illius gracia intercedat/ qui fe
cit vtraqȝ vnū. et carnē in electorū
fine faciat a spiritu absorberi ¶ Si
verbis gentilium vti licet xpristia
no. qui solis electis diuinum et deo
placens per inhabitantem graciā
esse credit ingenium et si nec verba
nec sensus credam gentilium fugiē
dos dummodo vitentur errores.

Hoc ipſum diuina prouidencia in eneide ſua ſub inuolucro ficticij commenti inuiſſe viſus eſt maro· dum ſex etatum gradus· ſex librorum diſtinctionibus prudenter expreſſit· Quibus conditionis humane dum odiſſeam imitatur ordinem exprimere viſus eſt et proceſſum· ipſumq́ quem educat et producit producat ⁊ educat ad manes. Nam eneas q̄ fingitur ibi animus ſic dictus eo ꝙ eſt corporis habitator. Eunos enim vt grecis placet habitator ē· demas corpus· ⁊ ab hijs componitur eneas· vt ſignificet animā· quaſi carnis tugurio habitantem· ſic eciā neptimū· et hnoſſigeum eo ꝙ ſigeni um habitet· ¶ Primus itaq́ liber eneidos ſub ymagine naufragij manifeſtas infantie que ſuis procellis agitatur exponit tunſiones ⁊ in fine ſua habundantia cibi ⁊ potus ad ulta proſilit ad leticiam conuiualem· In confinio ergo adoleſcentie prodeunt colloquiorum commercia/ ⁊ eorum intemperies aut fabulas narrat· aut veris falſa permiſcet· eo ꝙ multiloquio peccata deeſſe nō poſſūt· Porro tercius varios iuuentutis euentus /quaſi ſuos canit errores/ eo ꝙ illa etas fere ſolas nouit errores· Siquidē ve ait ethicus Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto· Gaudet equis canibuſq́ et apricū gramine campi· Cereus ī viciū flecti· monitoribus aſper· Utilium tardus prouiſor prodigus eris

¶ Prima etas ergo nutricem· ſecunda cuſtodem habet· tercia quo liberi de eo ſecius erat· nondum tamen procedit ad crimina· Quartus illicitos amatores conciliat / et ignem imprudenter conceptum in pectore adamantis infelicē produat rogū· Neq́ enim in inconceſſis fatalem beatitudinem eſſe ſub typo mercurij ratio perſuadet· docetq́ illum q̄ dum fuerat paruulus ſapiebat vt paruulus loquebatur vt paruulus agebat vt paruulus fuga irrefragabiliter apprehenſa euacuare que erant paruuli· ¶ Unde vt ad memoratū ethicum redeamus· Conuerſis ſtudijs etas animuſq́ virilis ? Querit opes et amicicias· inſeruit honori. Commiſiſſe cauet· quod mox mutare laboret· Ergo et virilis etas puerilia· ⁊ iuuenilia erubeſcit· ⁊ ſi a peruerſa voluptate ⁊ immūdo amore nauigij ſui ſoluere non poteſt anchoram· preſcidit ⁊ funem. Sic et patriarche iudicus filius palliū reliquit adultere ne adulterij crimine inuolueretur ¶ Quintus maturitatem ciuilem promit· et etatem depingit vicinam ſenectuti· ymmo que ipſam iam ingreditur ſenectutē Nam et patrum/ honores recolit· maiorum memoriam veneratur et quaſi ad tumulum anchiſe ſolempnes celebrat ludos· In hijs ipſis exilij ſui miſeriam recognoſcit Dū vo hic egreditur trāſit ad ſextū et amiſſis palimio ⁊ miſeno duce ſcilicet nauigij dormitāte/ ⁊ temerario plurij intetore· cū iā frigeſcat affectus vireſq́ deficiāt· nō tā ſenectutē ſentit ꝙ ſenium· ⁊ velut quendā deſcenſū ad inferos/ vbi quaſi rebus inutiliter geſtis· tocius anteacte vite recognoſcat

Sed non ante datur telluris opta
subire Auricomos q̄ꝙ quis decerpsit
ab arbore fetus Hic sibi pulchra su
um ferri ꝓserpina munus instituit.
Primo auulso nō defiat alter/aure
us ⁊ simili frondescit virga metal
lo. ¶ Plane quid penatū lateat in
terrenis. vel quid in hijs possit mere
ri. solus agnoscit qui de arbore sciē
tie ramū bone operationis auellit.
eoq₃ auulso alter nō defiat. q₂ quo
amplius exercentur eo magis suc
crescūt ⁊ ꝓficiūt scientie ⁊ ꝟtutes
¶ Non tamen eatenus maronis
aut gentiū insisto vestigijs. vt queꝙ̄
credā ad scientiam aut virtutem pro
prijs arbitrij sui viribus peruenire.
Fateor graciam in electis operari et
velle ⁊ ꝑficere. ipsam veneror tanq̄ꝙ
viam. ymo reuera viā que sola du
cit ad vitam. ⁊ queq₃ boni voti com
potem facit Lactea hec est/inocentie
manifesta candore ⁊ alimentoꝝ se
dulitate nutricis explet officiū ⁊ so
la p̄parat ad perfectū. nam sine ea
proficit nullus. Clamat hec in vo
ce tube priuaricatoribꝫ. vt redeant
ad cor. eisq₃ ad arborem scientie/a
moto gladio versatili ⁊ flāmeo/du
catum in patriam ꝓmittit ⁊ ingres
sum. ¶ Plus dicā. ipsam arborem
scientie. ⁊ lignū vite. in quo sūt om
nes sapiē ⁊ sciētie thesauri abscōdi
ti. ⁊ in quo habitat plenitudo diuini
tatis corꝑaliter extraxit/inscissa ta
men substantia. ⁊ produxit in terrā
ꝑegrinationis nostre. ⁊ plātauit in
medio ecc̄ie. vt ab eo illustretur per
sciaz. roboret̄ ꝑ ꝟtutē. ⁊ exultet in
mia vberi. ⁊ gaudiū eiꝰ plenū sit.

gaudiū a deo ⁊ in deo. gaudiū qd̄
nemo tollet ab ipā ¶ Accedat ergo
ad arborē ducēte grā. q₂ abducēte
ↄ̄cupiscentia deliquit in arborem.
qm̄ salus nostra ab eadem parata
est in ligno. quia mors ante ꝓcessit
a ligno Accedat. sed ↄ̄trarijs passi
bus. quoniā ↄ̄trarijs expedit cura
ri contraria Et quia non fuerat ho
minem deiecturus temptator. nisi
in mente eius elatio precessisset. a
timore concipiat vnde humilietur
sub potēti manu dei/qui exaltari de
siderat in die visitationis. Abstine
at a liciatis qui presūpsit illicita ⁊ in
cendiū concupiscentie/ordinata mi
tiget caritate Delectetur in hijs. vi
deat ⁊ nūc. quia lignum pulchrum
est visu. ⁊ ad vescendum suaue. ⁊
fructum vere beatitudinis. ⁊ semper
letum tranquille vite statum dabit
in tempore suo ¶ Porro iocundus
timor qui in dilectionis reuerētiam
cedit. nō nouit ociari. aut prescrip
tam sibi p̄uaricari legem. sed timo
ris foras mittit aculeos et ex amo
re facit bona sponte sua / adherens
iusticie ⁊ quasi viribus obedientie/
cum gracia quodāmodo nititur vio
lenter acquirere vitam. qui per ino
bedientiam ex leuitate arbitrij in
currit in mortem. Timor innocen
tiam parit. iusticiam benefaciendi.
mandatorum obedientia promouet
rectoq₃ calle ad verā beatitudinem
iustus ꝑducitur Nā et is est quē de
duxit dn̄s ꝑ vias rectas. dans ei sci
entiā scōꝝ honestauit eū in labori
bꝰ ⁊ in oībꝰ ↄ̄plēs ei beatitudinem
pro qua fideliē ⁊ vtiliter laboratur

¶ Possem dicere quia huc tendūt
tota lex ⁊ ꝓphe oēsqꝫ scripture ca
nonice. quia tendūt ad filiū. Neqꝫ
enī istud ābiguū est. cū ⁊ infideliū
dogmata nichil vtilitatis habeāt.
nisi aliq̄d cōferant btitudini. Sed
hijs omissis aut potiꝰ p̄missis dico
hec sola sūt. que sola possūt facere ⁊
seruare beatū. cū ab alto iusticie ca
mo ꝑueniat ne cui noceat ab alte
ro. vt sibi quisqꝫ ⁊ alijs prosit.
Vis tibi constare que dico? Vis ne
btūs esse? Beatus btūs vir q̄ timet
dnm. Potentiā ne desideras? Nō
mō ipe. sed potēs in terra erit et se
men eiꝰ. An fauorē sectaris. ⁊ lau
des hoīm? Generatio rectoꝝ bndi
cetur. An ad celebritatē dilataris.
⁊ ad opulentiā sinū expādis? Glo
ria ⁊ diuicie in domo eiꝰ. An perpe
tuitatē queris opibꝰ? In memoria
eterna erit iustꝰ. Vis ne securus es
se? Ab auditiōe mala non timebit.
sed oēs despiciet inimicos. Gratiā
ne lingue affectas? Labia iustorū
distillant graciā. Itē memoria iusti
cū laudibꝰ. nomē ipioꝝ putrescet.
Vis tibi futura innotescere? Expec
tatio iustoꝝ leticia Vis iocūditatē
tibi ꝓrogari in sēpiternū? Et iusti
iperpetuū viuēt. et in pace sūt. licet
mori insipiētibꝰ videātur. ¶ Ecce
habes viā verissimā ⁊ fidelissimā ad
sequendū statū quē desiderat epycu
rus. ⁊ si eā tenueris. btūs es ⁊ bn̄
tibi erit Hec ad bene btēqꝫ viuēdū
p̄t sola sufficere / adeo quidē vt ex
tra posita vniuersa. aut nichil aut
minimū ꝑfectionis adiciāt ¶ Nec
inhibio q̄n vestibꝰ niteas deauratis.

circūdatꝰ varietate. q̄n epuleris coti
die splēdide q̄n p̄mos honoēs ha
beas ⁊ vt paucis multa ꝯplectar q̄n
tpi. sed ⁊ ꝑuersis moribꝰ tectus ta
men vt es ipē/in oībꝰ morē geras.
⁊ suis lenocinijs incedentē irridias
mūdū. Maior enī es q̄ͫ vt debeas/
aut possis. licet iā cepit sic multos
capē tendiculis eꝰ ¶ Rex illustris
anglorū henricus secūdus maximꝰ
regū britānie. si inicijs gestoꝝ fue
rit exitus consolor circa garonā. ⁊
vt dicit̄ te auctore. te duce fulminat
et tolosā felicē cingens obsidiōe. nō
mō prouinciales vsqꝫ ad rodanū. ⁊
alpes terruit. sed municionibꝰ dirui
tis. populis qꝫ subactis/q̄si vniūsis
p̄sens iminet. timore p̄ncipes his
panos concussit ⁊ gallos. In tantis
rerū tumultibꝰ queso custodi inocē
tiā ⁊ vide ⁊ dicta ⁊ predica eq̄tatē.
nec amore nec odio. timore/vel spe
declines a via recta Iusti enī heredi
tabūt terrā. ⁊ vt auctoritate cōstat
altissimi. semen impioꝝ peribit
¶ Si h̄ q̄ tibi tā sincera deuotiōe cura
ui scribere in tanto tumultu legē nō
vacat. aut quia īsipida sūt sensibꝰ.
verbis inculta non placent. vel ipā
deuotio non displiceat/que honori
tuo studuit inseruire. Si probaue
ris intentionē. patrocinaberis operi
Sin autē vt volueris contēpnetur
Quid enī ad alios. vt seruū iudi
cent alienū? Liber enī hic vt quili
bet suo tibi dn̄o stat aut cadit Mul
titudinis imperite non formido iudi
cia. meis tamen rogo parcant opus
culis. ⁊ si curiales sint quidē. quia
libris coꝝ nūq̄ͫ derogaui in aliquo

Si preces meas audire noluerint· improbitatis iudicio tenebūtur obnoxij Quia vt ait marcialis· imp be facit qui in alieno libro ingeniosus est ¶ Que aūt de curialib9 nugis dicta sunt· in nullo eoꝝ· ꝫ forte in me aut mei similibus dep̄hendi· ꝟ plane nimis arta lege cōstrīgor si meipsum/ ꝟ amicos emendare ꝟ castigare non licet Profecto qui ad hᶜ rugabit nares· frontē contrahet· aut faciem rubore vestiet· aut pallore cōfundet· cui9 labia ꝯtrahentur· aut saliēt· toxicabitur lingua· genua trement· manus ꝯtremet· seipsū nugis nostris cōuincet obnoxiū In quib9 fuit ꝓpositi semꝑ a nugis ad bona transire seria· ⁊ ad id quod decet aut prodest instituere vitā Qui autē iustū rep̄hensioni locū viderit ea ex caritate licenter vtatur· et de emēdatione mea acq̄rat sibi ⁊ possideat p̄miū vite Scio enī q2 in multiloquio peccatū nō deest· ꝫ iuuo ꝟ in caritate dei exhortor lectorē· quo mei memor in orōnib9 suis īpetret vt filius dei viui ꝟ ꝟginis intemerate/ deus hō/ manifestet seipsum/ ⁊ palā faciat viam qua nobis incedēdū est· in beneplacito suo/ ⁊ dirigat in eo gressus nrōs Amen·

Finit opus p̄clarū de nugis curialium ꝟ vestigijs phoꝝ cui9 iohānes salesberiēsis actor fuit·

¶ Subscripta metra pulcre ⁊ plenissime continent materiam illam q̄ habetur supra libro 6. capitulo xxiiij. de membris corporis quō aduersus stomachū quasi voracitate omniū labores exhauriret conspirauerant.

Consiliū celebrant humani corporis artus
Inter se de se plurima verba serūt
Inuadit in ventrē sermo/de ventre querūtur
Qꝫ grauis est dominꝰ et nimis vrget eos
Tandem rethorico pingens sua verba colore
Aggreditur fratres lingua/superba suos.
Quis furor o ciues/que tanta licētia fratrē
Audeat in nobis ponere turpe iugum?
Turpe iugum certe/qn̄ seruus dominatur
Et dominus seruit. hic iubet: ille facit.
Certe nos serui turpes digna cruce digni
Ludibriū miseri degenereꝫ sumus.
Nam ventrē dn̄m nobis elegimus ipsi:
Omnia colligimus que sibi grata putat.
Nulla quies nobis. mouet hūc' mouet hūc: vocat illum.
Surge piger/sompnos excute/tolle moras.
Quere cibos epulasꝫ para. vinūqꝫ ꝓpina
Mensam pone. dies preterit: hora fugit.
Ecce duo veniūt hostes/mortemqꝫ minātur:
Imminet inde fames/iminet inde sitis.
Ergo deficiam nisi subuenias michi velox:
Preueniasꝫ famē preueniasꝫ cibos.
Sic me sic alios pulsat lasciuia vētrē:
Et me plus alijs turgidus iste premit.
Me quasi precōnē causarū iurgia sepe
Exercere iubet' ꝑuaqꝫ dona sequi.
Et modo patronus modo iudex ⁊ modo testis
Clamo. iura patrū concio. falsa loquor:
Sub specie veri curans inducere falsum
Fallo ꝑiuro. pretereoqꝫ fidem.
Fasꝫ nephasꝫ simul equali pondere libro.

Per liciium pariter illectuq; vagor
Si lateri vel potificis vel priapis asto
Tūc vnguenta paro blādire placere volens
Vngo blādicijs vt delicias sibi venter
Accumulet: ac me distrahit ille nocēs
Nōne manus nostre vētri seruire laborant.
Nōne minas eius imperiūq; timent?
Furātur, rapiūt, operātur, et oīa venter
Suscipit, et sorbet oīa scilla vorax
Huic oculus seruit studiosius currit vbiq;
Nūciat hec dn̄o que meliora videt
Heu pedib9 q̄ntos indixit sepe labores
Quos minus affligit quos sine lege p̄mit
Inde dolor nostra cōsumit corporis ossa
Mēbra quatit. vires haurit/carctq; cutē
Est ad seruiciū nobis studiosa volūtas
Gracia nulla tamen/cōqueror inde magis
Nā bene cū seruo respōdet gracia: multum
Temperat. ymo facit dulce laboris onus
Huic vero cū multa damus: cū multa paramus
Nō cessat q̄rulus dicere/pauca datis
Si dederis hodie: nisi cras dederis: nisi rursum
Et rursū dederis: pdere prima potes
Et si forte suis dicat satis est: satis illud
Post modicū tempus incipit esse parum
Dicite quis tantā possit saciare caribdim?
Dicite q̄nta cupit? quis dare tāta potest?
Hic etiā nostros auget cumulatq; dolores
Et gula nos nimiū pessima sepe p̄mit
Illi gustus abest. hic portā seruit ꝫ iste
Vilis leno/precox gartio/scurra vagus
Hij duo p mūdi currūt elementa. quid aer
Et pariat tellus/quid freta. scire volūt
Nō volucris penna: nō euadit fera cursu
Non piscis ceco gurgite tutus erit
Nouerūt varios hij dispēsare sapores
Vt magis alliciat illiciatq; cibis
Gustus discernit qd̄ trāsmittit gula: venter
Abscōdit/pbat hic/hic rapit. ille capit
O venter q̄ntos deturpas crimine mūdum

Immũdũqꝫ facis turpia queqꝫ mouẽs
Propter te ſiũt homicidia/furta/rapine
Inſidie/ſtrages/iurgia/bella/doli
Currit ad ecclеſiã monachus·miles gerit arma
Quiſquis ſectatur lucra/colonus arat
Ex te virtutũ caſus eſt animiqꝫ ruina
Membrorũ peſtes luxurieqꝫ lues
Tu nabuzardan priceps dñsqꝫ cocorꝫ
Nãqꝫ tibi ſero mane coquina ſtrepit
Tu follis tumidus: vas plenũ ſordib9 / imo
plenus fece/locus/nõ locus ꝑmo lacus
Vos ergo fratres meũ diſcernite qualis
Hic dñs·meũ cernite quale iugum
Turpe iugũ credo quãdo ſeruus dñatur
Et dñs ſeruit hic iubet ille facit
Turpe iugũ vere quãdo ratione ſepulta
In nobis venter ĩperat illa ſilet
Viuere debemus nõ ventri ꝫ rationi
Vir bonus hãc nec hũc captat habere ducem
Paulus ait vẽter eſce datur eſcaqꝫ ventri
Sũt duo iũcta ſibi perdet vtrũqꝫ deus
Nos ergo pudeat tali ſeruire patrono
Gloria noſtra ꝑ hũc nobilitaſꝫ perit
Surgite ſtate ꝑcor·aĩo pugnate viril
Magna parat nobis ꝑmia pugna breuis
Eternũ pereat qui vẽtri ſeruiat vltra
Sit paul a nobis qui ſua regna feret
Sit ſine fine labor ſit naufragiũ ſine portu
Cõtinuus ſit ei ꝑpetuuſꝫ labor
Hijs verbis animat ſocios facũdia lingue
Et monet ⁊ munit ⁊ docet eſſe viros
Ergo ſimul iũctos cõfederat vna volũtas
Aſtringitqꝫ ſibi quos ligat vnus amor
Indicũt bellũ ventri iurãtqꝫ ꝙ eius
Vincula diſſoluẽt: diſcutiẽtqꝫ iugum
Sic ſtatuũt ⁊ ſic confirmãt federe facto
Ventrẽ deſtituũt nec famulãtur ei
Iam pes/lĩgua/manus/⁊ cetera mẽbra quieſcũt
Pes negat ire/loqui lĩgua/iuuare manus
Prima dies illi trãquillo tramite currit

Nec quisquam posset ille nec ille ferunt
Altera ieiuniū nescit cōpescere ventrem
Latrantemq; gulam pacificare nequit
Tercia consūptos macie vix sustinet artus
Namq; maligna nimis vrget vbiq; fames.
Pes torquet. man9 egrotat / lāguet caput / ora
Pallūt / suspirant pectora. lingua tacet
Omnia turbantur in corpe / nullus in illo
Est vigor / eger ibi luctus / vbiq; dolor:
Rursus post longos gemit9. conamine multo
Vix hos balbutit languida lingua sonos.
Quid facim9 nil proficimus magis et magis omnes
Deficimus / premimur. affligimurq; fame.
A ventris rabie venit hec iniuria nobis
Hoc ei9 nobis ꝑturit ira malum.
Sentio grande malum. sed causa mali michi clausa:
Qz nocet ecce patet. cur nocet iste: latet.
Nūc igitur fratres vobis presentibus ipsum
Cōueniam: queram que sit origo mali
Tunc se conuertēs ad ventrem lingua. quid inquit
Tam male nos ledis. hic furor vnde tibi?
Respice / nōne tuos cōciues ꝑdere curas
Quando vides casum: nō releuare paras?
Hostis es et ciuis hec recta fronte repugnāt
Iūcta sibi melius ciuis amicus erūt.
Et vacuū et plenum te semper habebim9 hostem
Semper erit nobis tristis vterq; status
Quando tumes plenus: nimia te mole grauari
Clamas / et tecū nos facis esse graues.
Quando iaces vacuus / quia te ieiunia ledunt
Latras. et querulus nos facis esse graues.
Ergo precor miserere tui miserere tuorꝫ
Ne tecum pereāt: teq; / tuosq; / iuua.
Exponas cur nō queteris / vel quid tibi queris
Et ne queso noce: sed facienda doce.
Hijs verbis claudit sermonē lingua. vicemq;
Venter ei reddens incipit ista loqui:
Audiui lingue strepit9: et eos sapienter
Sustinui. fratres ledimur inde parū.
Lingua quidē mēbrum modicum: sed molle / atq;

Labitur et loquitur sepius absque modo
Nā de scintilla magnū fouet et mouet ignem
In fornace sua fabricat inde dolos
Inde nimis nostros agitat discordia ciues
Nā pacē turbat et michi tela iacit
Me dn̄m fratres vobis ostēdit et hostem
Sed scio q̄ vobis seruio vosque colo
Cū nos de massa rerū natura vocauit
Et nobis formā materiamque dedit
Iunxit in humano nos corpore/iūxit amico
Federe/nos semp iūgeret vnus amor
Omnia p̄cepit fieri cōmunia nobis
Oībus vt proprium nullus habere velit
Omnib9 officia distinxit/meque ministrum
Cōstituit vobis/et dedit esse cocum
Inde paro vobis escas et alimēta ministro
Vitam cū seruo/pauca reseruo michi
Vos date/suscipio/susceptū decoquo/coctum
Distribuo vobis/fercula q̄que gero
Pauper sū seruus nil possū ponere vobis
Si nichil cōfertis/nō mea bursa vacat
Nec nimiū curo nec ego nimiū modo q̄ro
In medio positus opto tenere modū
A nimio veniūt fastidia/crimina/morbus
Crapula/luxurie/fax/laterisque dolor
A nimio veniūt infeste mortis ymago
Frōs tristis/ facies pallida/laxa cutis
A medio veniūt mens semp sobria/corpus
Robustū/felix vita/iocosa quies
Ergo si caueat diues ne deuoret vltra
Q̄ satis et paup curat habere panem
Et vos si sapitis seruate modū modo dādo
Dispēsator ero p ratione dati
Sepe michi dabitis/quia vultis sepe cibari
Namque p hec vobis vita salusque datur
Surgite ne mortis inducat inercia somnū
Sōpno desidie iudico sepe mori
Turpiter occūbit quē torpor vulnerat/ergo
Surgite/mors properat/ sentio vita fugit
Ventris ad has voces mēbrorum turba resumit

Vires/et rediens induit arma vigor.
Surgunt/officijs inſiſtūt/debita ſoluūt.
Inuigilāt opi ſingula mēbra ſuo
Quos ſocios vite fecit natura: laboris
Aut oneris ſocios mutua cura facit.
Hic litem ſepelit leta ꝯcordia fine:
Hic quoqꝫ vult finem carmē habere ſuū.

¶ Et ſic eſt finis.